BREVIARIUM


VIENN.














nichil michi deerit: in lo-
co pascue ibi me colloca-
uit. S up aquā refectio-
nis educauit me: animā
meā conuertit D eduxit
me sup semitas iusticie:
propter nomē suū N am
et si ābulauero in medio
vmbre mortis non time-
bo mala: qm̄ tu mecū es.
V irga tua et baculꝰ tuꝰ:
ipsa me cōsolata sūt P a
rasti in cōspectu meo mē-
sam: aduersus eos qui tri
bulant me I mpinguasti
in oleo caput meū: et ca-
lix meus inebrians q̄ppre
clarꝰ est E t mia tua sub
sequetur me: oībus diebꝰ
vite mee E t vt inhabi
tem in domo dn̄i: in lon-
gitudinē dierū. G loria
patri. ps. xxiii.

D omini est terra ⁊ ple
nitudo eius: orbis
terrarū et vniuersi qui ha
bitāt in eo Q uia ipse su-
per maria fundauit eū: ⁊
sup flumīa preparauit eū
Q uis ascendet in mon-
tē dn̄i: aut quis stabit in
loco sctō eius I nnocēs
manibus et mūdo corde
qui nō accepit i vano ani
mā suā: nec iurauit in do
lo proximo suo H ic acci
piet benedictionē a dn̄o:
et misericordiā a deo salu
tari suo H ec est gn̄atio
querentiū eū: querentiū
faciē dei iacob A ttolli-
te portas pricipes vr̄as:
⁊ eleuamini porte eterna
les: ⁊ introibit rex glorie
Q uis est iste rex glie: do
minꝰ fortis ⁊ potēs dn̄s
potens in prelio A ttol-
lite portas principes ve-
stras: et eleuamini porte
eternales: ⁊ introibit rex
glorie. Q uis est iste rex
glie: dn̄s virtutū ipse est
rex glorie. ps. xxiiii.

A d te dn̄e leuaui aīaz
meā: deus meus in
te confido nō erubescam
N eq3 irrideāt me inimi-
ci mei: etem̄ vniuersi q̄ su
stinēt te nō cōfundentur.
C onfundātur oīs ini
qua agentes superuacue
V ias tuas dn̄e demon-
stra michi: ⁊ s. mittas tu-
as edoce me D irige me

b




in veritate tua ⁊ doce me
quia tu es deus saluator
me⁹: ⁊ te sustinui tota die
Reminiscere miseratio-
nū tuarū dñe: ⁊ misericor
diarū tuarū que a seculo
sunt Delicta iuuētutis
mee: ⁊ ignorātias meas
ne memineris Scđz mi
sericordiā tuā memento
mei tu: ꝑpter bonitatem
tuā dñe Dulcis ⁊ rect⁹
dñs: ꝑpter hoc legem da
bit delinquentib⁹ in via
Diriget māsuetos i iu-
dicio: docebit mites vias
suas. Uniuerse vie dñi
mia ⁊ veritas requirenti
b⁹ testamentū ei⁹: ⁊ testi-
monia ei⁹ Propter no-
mē tuū dñe ꝑpiciaberis
pctō meo: multū est eni.
Quis ē homo qui timet
dnm̄: legē statuit ei in via
quā elegit Anima ei⁹ in
bonis demorabitur: ⁊ se-
men ei⁹ hereditabit terrā
Firmamentū est dñs ti
mentib⁹ eū: ⁊ testamentū
ipsi⁹ vt manifestetur illis
Oculi mei semꝑ ad do-
minū: qm̄ ipse euellet de
laqueo pedes meos Re
spice in me ⁊ miserere mei
quia vnicus ⁊ pauꝑ sum
ego Tribulationes cor
dis mei multiplicate sūt:
de necessitatib⁹ meis e-
rue me Uide humilita
tē meā ⁊ laborē meum: ⁊
dimitte vniuersa delicta
mea Respice inimicos
meos qm̄ mltiplicati sūt
⁊ odio iniquo oderūt me
Custodi animā meā et
erue me: nō erubescā qm̄
speraui i te Innocētes ⁊
recti adheserūt michi: q̇a
sustinui te Libera deus
israel: ex oibus tribulatio
nibus suis. Gloria pa-
tri ⁊ filio. ps. xxv.

Iudica me dñe quoniā
ego i inocentia mea
ingressus sum: et in dño
sperans non infirmabor
Proba me dñe et tēpta
me: vre renes meos ⁊ cor
meū. Qm̄ mia tua āte
oculos meos est: ⁊ com-
placui i vitate tua Non
sedi cum consilio vanita
tis: ⁊ cum iniqua geren-
tib⁹ nō introibo Odi-

ni ecclesiã malignantiũ: et cum impiis non sedebo L auabo inter innocentes manus meas: et circũdabo altare tuũ domine Ut audiã vocem laudis tue: ⁊ enarrẽ vniuersa mirabilia tua D omine dilexi decorẽ dom⁹ tue: ⁊ locũ habitationis glorie tue. N e perdas cũ impiis deus animam meã: ⁊ cũ viris sanguinũ vitã meam I n quorum manibus iniq̃tates sunt dextera eoꝝ repleta ẽ muneribus E go autem in innocẽtia mea ingressus sum: redime me ⁊ miserere mei P es meus stetit in directo: in ecclesiis benedicã te dñe. G loria.

Feria secũda. Inuitatoriũ. Venite exultemus domino. ps. Venite. Et dicũtur om̃s psalmi hui⁹ nocturni bini ⁊ bini cũ gloria patri. Añ. Dñs defensor

D ominus ps. xxvi. illuminatio mea et salus mea: quem timebo D ñs ꝓtector vite mee: a quo trepidabo D um appropriant super me nocentes: vt edant carnes meas Q ui tribulãt me inimici mei: ipsi infirmati sunt ⁊ ceciderunt S i consistant aduersum me castra: nõ timebit cor meum S i exurgat aduersũ me preliũ: in hoc ego sperabo U nam petii a domino hanc requirã: vt inhabitem in domo dñi oĩbus dieb⁹ vite mee E t videam voluntatẽ dñi: ⁊ visitem templum eius Q uoniã abscondit me in tabernaculo suo in die maloꝝ: protexit me in abscondito tabernaculi sui. I n petra exaltauit me: ⁊ nunc exaltauit caput meum super inimicos meos C ircuiui et imolaui in tabernaculo eius hostiã vociferationis: cantabo ⁊ psalmum dicam domino. E xaudi domĩe vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me T ibi dixit cor meum exquisiuit te fa-



cies mea: faciem tuā dn̄e
requirā N e auertas fa-
ciez tuā a me: ne declines
in ira a seruo tuo A diu
tor meus esto dn̄e ne de-
relinquas me: neqꝫ despi
cias me de⁹ salutaris me
us Q m̄ pater me⁹ ⁊ ma
ter mea dereliquerūt me:
dn̄s autem assumpsit me
L egē pone michi dn̄e in
via tua: ⁊ dirige me in se
mitta recta ꝓpter inimi-
cos meos. N e tradide-
ris me in aīas tribulan-
tiū me: qm̄ insurrexerūt i
me testes iniqui: ⁊ menti
ta est iniqtas sibi C re-
do videre bona dn̄i: i ter-
ra viuentium E xpecta
dn̄m viriliter age: ⁊ con-
fortetur cor tuū ⁊ sustine
dominum. p̄s. xxvii.

A d te domine clama
bo deus me⁹ ne sile
as a me nequādo taceas
a me: ⁊ assimilabor descē
dentib⁹ in lacū E xau-
di dn̄e vocē deprecatiōis
mee dū oro ad te: dū ex-
tollo manus meas ad tē
plum sctm̄ tuū N e simul
tradas me cū pctōribus:
⁊ cū operantibus iniquita
tē ne perdas me Q ui lo
quūtur pacem cū ꝓximo
suo: mala aūt in cordib⁹
eoꝝ D a illis scd̄m opa
eoꝝ: ⁊ scd̄m nequitiā ad-
inuentionū ipsoꝝ S ecū
dum opera manuū eoꝝ
tribue illis: redde retribu
tionē eoꝝ ipsis Q m̄ nō
intellexerūt opera dn̄i et
in opera manuū eius de
strues illos: ⁊ nō edifica
bis eos B n̄dictus dn̄s:
qm̄ exaudiuit vocē depre
catiōis mee D n̄s adiu
tor meus ⁊ ꝓtector me⁹:
et in ipso sꝑauit cor meū
et adiutus sum E t reflo
ruit caro mea: ⁊ ex volūta
te mea cōfitebor ei D o
minus fortitudo plebis
sue: ⁊ ꝓtector saluationū
christi sui est S aluū fac
populū tuū dn̄e ⁊ bene-
dic hereditati tue: ⁊ rege
eos ⁊ extolle illos vsqꝫ i
eternum. G loria patri.
S icut erat. Añ. Dominus
defensor vite mee. Añ. Ado-
rate. p̄s. xxviii.

Afferte dño filii dei afferte dño filios arietum Afferte dño gliam et honorẽ: afferte dño gliam nomini ei⁹: adorate dñm in atrio scõ eius Vox dñi sup aquas de⁹ maiestatis intonuit: dñs sup aquas multas Vox dñi in virtute: vox dñi in magnificẽtia Vox dñi confringentis cedros: et cõfringet dñs cedros libani Et cõminuet eos tanq̃ vitulũ libani: et dilectus queadmodũ fili⁹ vnicorniũ Vox dñi intercidẽtis flãmam ignis vox dñi concutientis desertũ: ⁊ cõmouebit dominus desertũ cades Vox dñi preparãtis ceruos et reuelabit cõdempsa: ⁊ in tẽplo eius oĩs dicẽt gloriã Dñs diluuiũ inhabitare facit: ⁊ sedebit domin⁹ rex in eternũ Dñs virtutũ p̄plo suo dabit: dñs bñdicet populo suo in pace.

Ps. xxix.

Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Dñe deus me⁹ clamaui ad te: et sanasti me Dñe eduxisti ab inferno aiam meã: saluasti me a descendẽtibus in lacum Psallite dño sancti ei⁹: et cõfitemini memorie sctitatis eius Quoniã ira i indignatiõe ei⁹: ⁊ vita in voluntate eius Ad vesperũ demorabit fletus: ⁊ ad matutinũ leticia Ego aũt dixi i abundãtia mea: nõ mouebor in eternũ Dñe i volũtate tua: prestitisti decori meo virtutẽ Auertisti faciem tuã a me: ⁊ factus sum cõturbatus Ad te dñe clamabo: ⁊ ad deum meũ deprecabor. Que vtilitas in sanguĩe meo: dũ descendo in corruptionẽ Nũquid cõfitebitur tibi puluis: aut annũciabit veritatẽ tuã Audiuit dñs ⁊ misertus ẽ mei dñs fact⁹ est adiutor me⁹ Cõuertisti planctũ meum in gaudiũ michi: concedisti factũ meũ et circũ

dedisti me leticia V t cã
tet tibi glia mea ꝛ nõ cõ
pungar: dñe deus meus
in eternũ confitebor tibi
G lia patri. Añ. Adorate
dñm in aula sctã eius. Añ.
In tua iusticia. ps. xxx.

I n te dñe speraui non
cõfundar in eternũ: i
iusticia tua libera me I n
clina ad me aurẽ tuã: asce
lera vt eruas me. E sto
michi in deũ protectorẽ
ꝛ in domũ refugii: vt sal
uũ me facias Q m forti
tudo mea ꝛ refugiũ meũ
es tu: ꝛ ꝓpter nomẽ tuũ
deduces me et enutries
me. E duces me de la
queo quẽ absconderunt
michi: qm tu es ꝓtector
meus. I n manus tuas
cõmendo spiritũ meũ: re
demisti me dñe deus ve
ritatis O disti obseruã
tes vanitates: supuacue.
E go aũt in dño spaui:
exultabo ꝛ letabor in mi
sericordia tua. Q m re
spexisti humilitatẽ meã:
saluasti de necessitatibus
animã meã N ec cõclu
sisti me in manib9 inimi
ci: statuisti in loco spacio
so pedes meos M isere
re mei dñe: qm tribulor
cõturbatus est in ira ocu
lus meus: aĩa mea ꝛ vẽ
ter meus Q m defecit i
dolore vita mea: et anni
mei in gemitib9 I nfir
mata est in paupertate vir
tus mea: ꝛ ossa mea con
turbata sunt S up oĩs
inimicos meos fact9 sum
opprobriũ vicinis meis
valde: ꝛ timor notis me
is Q ui videbãt me fo
ras fugierũt a me: obliui
oni dat9 sum tanq̃ mor
tu9 a corde F actus sum
tanq̃ vas perditũ: quo
niã audiuit vituperatio
nẽ multoꝝ cõmorantiũ
in circuitu I n eo dũ cõ
uenirent simul aduersum
me: accipe aiã meã con
siliati sunt E go aũt in
te spaui dñe: dixi de9 me9
es tu: in manib9 tuis sor
tes mee. E ripe me de
manu inimicoꝝ meoꝝ: ꝛ
a ꝑsequẽtibus me I llu
stra faciẽ tuã sup seruum

tuũ: saluũ me fac in mĩa tua dñe: non confundar qm̃ inuocaui te E rubescant impii ⁊ deducãtur in infernũ: muta fiant labia dolosa Q ue loquũtur aduersus iustũ iniquitatẽ: in superbia ⁊ in abusiõe Q uã magna multitudo dulcedinis tue dñe: quã abscõdisti timentib⁹ te P erfecisti eis qui sperant in te: i cõspectu filiorum hoim A bscondes eos in abscondito faciei tue: a cõturbatiõe hoim P roteges eos in tabernaculo tuo: a cõtradictione linguarũ B ñdictus dñs: qm̃ mirificauit mĩaz suã michi in ciuitate munita E go autẽ dixi i excessu mẽtis mee: piectus sum a facie oculoꝝ tuoꝝ I deo exaudisti vocẽ orõnis mee: dum clamarem ad te D iligite dñm omnes scti ei⁹: qm̃ veritatem requiret dñs: ⁊ retribuet abundãter facientibus superbiã V iriliter agite ⁊ cõfortetur cor vestrũ: oẽs qui speratis in domino.

Ps. xxxi.

B eati quorum remisse sunt iniquitates: et quoꝝ tecta sunt peccata. B eatus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ: nec est in spiritu eius dolus. Q m̃ tacui inueterauerũt ossa mea: dũ clamarẽ tota die Q m̃ die ac nocte grauata est super me man⁹ tua: cõuersus sum in erumna mea dũ configitur spina D elictũ meum cognitũ tibi feci: ⁊ in iusticiã meam nõ abscõdi D ixi confitebor aduersuz me iniusticiã meã dño: ⁊ tu remisisti impietatẽ peccati mei P ro hac orabit ad te omis sctũs: in tẽpore oportuno V erumtamẽ i diluuio aquarũ multarũ: ad eũ nõ approximabũt. T u es refugiũ meũ a tribulatiõe que circũdedit me: exultatio mea erue me a circundãtib⁹ me I ntellectũ tibi dabo ⁊ instruã te i via hac qua gradieris: firmabo

sup te oculos meos No
lite fieri sicut equ⁹ ⁊ mu-
lus: quib⁹ nō est intelle-
ctus In chamo et freno
maxillas eoꝝ constringe:
qui nō approximāt ad te
Multa flagella pctōris
sperantē aūt in dn̄o mīa
circūdabit Letamini in
dn̄o ⁊ exultate iusti: ⁊ glo
riamini om̄s recti corde.
Glia patri. An̄. In tua iu
sticia libera me domine. An̄.
Rectos decet. ps. xxxii.
Exultate iusti in dn̄o:
rectos decet collau-
datio Cōfitemini dn̄o
in cythara. i psalterio de-
cem cordarū psallite illi.
Cantate ei canticū no-
uū: bene psallite ei in vo-
ciferatione Quia rectū
est verbū dn̄i: et oīa opa
ei⁹ in fide Diligit mise
ricordiā ⁊ iudicium: mīa
dn̄i plena est terra Uer
bo dn̄i celi firmati sūt: et
spiritu oris ei⁹ omis vir-
tus eoꝝ Congregās si-
cut in vtre aquas maris:
ponēs in thesauris abis-
sos Timeat dn̄m omis
terra: ab eo autē cōmoue
ātur oēs inhabitātes or
bem Qm̄ ipse dixit ⁊ fa
cta sunt: ipse mandauit ⁊
creata sunt Dn̄s dissi-
pat cōsilia gentiū: repro-
bat autē cogitatiōes po-
puloꝝ: ⁊ reprobat consi-
lia principū. Consiliū
aūt dn̄i in eternū manet:
cogitatiōes cordis ei⁹ in
gn̄atione ⁊ gn̄ationem.
Beata gens cui⁹ ē dn̄s
deus eius: pplūs quē ele
git i hereditatē sibi De
celo respexit dominꝰ: vi-
dit oēs filios hoim̄ De
preparato habitaclo suo:
respexit sup om̄s qui ha-
bitāt terrā Qui finxit si
gillatim corda eoꝝ: qui i-
telligit oīa opa eoꝝ Nō
saluatur rex per multā vir
tutē: ⁊ gigas nō saluabit
i multitudie virtutis sue.
Fallax equus ad salutē
in abundantia aūt virtu
tis sue nō saluabit Ec-
ce oculi dn̄i sup metuētes
eū: ⁊ in eis qui sperāt sup
mīa ei⁹ Ut eruat a mor
te aīas eoꝝ: ⁊ alat eos in

fame Anima nostra su
stinet dn̄m: qm̄ adiutor ꝛ
ꝓtector noster est Quia
in eo letabitur cor nostrū
ꝛ in nomine scō ei⁹ spera
uim⁹ Fiat mia tua dn̄e
sup nos: quēadmodū spe
rauim⁹ in te. ps. xxxiii.
Benedicā dn̄m in om̄i
tēpore: semꝑ laus ei⁹
in ore meo In dn̄o lau-
dabitur aīa mea: audiāt
mansueti ꝛ letent̄ Ma-
gnificate dn̄m meū: ꝛ ex-
altem⁹ nomen eius in id
ipsū Exquisiui dn̄m et
exaudiuit me: ꝛ ex oībus
tribulationib⁹ meis eri-
puit me Accedite ad eū
ꝛ illuminamini: et facies
vestre non cōfundentur.
Iste pauꝑ clamauit ꝛ do
min⁹ exaudiuit eū: et de
oībus tribulationib⁹ ei⁹
saluauit eū Immittit an
gelus dn̄i i circuitu timē-
tiū eū: ꝛ eripiet eos Gu
state ꝛ videte qm̄ suauis
est dn̄s: beat⁹ vir qui spe-
rat in eo. Timete dn̄m
om̄s scti eius: qm̄ nō est
inopia timentib⁹ eū Di
uites eguerūt ꝛ esurierūt
inquirentes aūt dn̄m non
minuētur om̄i bono Ue
nite filii audite me: timo-
rem domini docebo vos
Quis est homo q̄ vult
vitā: diligit dies videre
bonos Prohibe linguā
tuā a malo: ꝛ labia tua
ne loquātur dolum Di-
uerte a malo ꝛ fac bonū:
inquire pacē et ꝑsequere
eam. Oculi dn̄i sup iu-
stos: ꝛ aures eius ad pre
ces eoꝝ Uultus autem
dn̄i sup faciētes mala: vt
perdat de terra memoria
eoꝝ Clamauerūt iusti:
ꝛ dn̄s exaudiuit eos: ꝛ ex
oībus tribulationib⁹ eo-
rū liberauit eos Iuxta ē
dn̄s his q̄ tribulato sunt
corde: ꝛ humiles spū sal-
uabit Multe tribulatio
nes iustoꝝ: ꝛ de omnibus
his liberauit eos domi-
nus Custodit dn̄s oīa
ossa eoꝝ: vnū ex his non
cōteretur Mors pctōꝝ
pessima: ꝛ qui oderūt iu-
stum delinquent Redi
met dn̄s aīas seruoꝝ suo

rum: et non delinquent omnes qui sperant in eo G lia patri. Añ: Rectos decet collaudatio. Añ. Expugna. ps. xxxiiii.

I udica dñe nocentes me: expugna impugnãtes me A pprehẽde arma ꝛ scutũ: ꝛ exurge in adiutoriũ michi E ffunde frameã ꝛ cõclude aduersus eos qui persequũtur me: dic aĩe mee salus tua ego sum. C onfundãtur ꝛ reuereãtur: querẽtes aĩam meã A uertãtur retrorsum ꝛ confundãtur: cogitantes michi mala F iant tanq̃ puluis ante faciẽ venti: ꝛ angelus dñi coartans eos. F iat via illoꝝ tenebre ꝛ lubricũ: ꝛ angelus domini persequẽs eos. Q m gratis absconderunt michi in interitu laquei sui: superuacue exprobrauerũt aĩam meã: V eniat illi laqueus quẽ ignorat ꝛ captio quã abscondit apprehendat eũ: ꝛ in laqueũ cadat in ipm A nima aũt mea exultabit in dño: ꝛ delectabitur super salutari suo O mia ossa mea dicent: dñe quis similis tibi E ripiens inopem de manu fortiorũ eius: egenũ ꝛ pauperẽ a diripientib⁹ eũ S urgẽtes testes iniq̃: que ignorabãt interrogabant me R etribuebãt michi mala pro bonis: sterilitatem aĩe mee E go aũt cum michi molesti essent: induebar cilicio H umiliabã in ieiunio aĩam meã: ꝛ orõ mea ĩ sinu meo cõuertetur. Q uasi proximũ quasi fratrẽ nostrũ sic complacebã: quasi lugẽs ꝛ cõtristatus sic humiliabar E t aduersum me letati sunt ꝛ conuenerunt: cõgregati sunt super me flagella ꝛ ignoraui D issipati sunt nec compũcti: temptauerũt me subsannauerũt me subsannatione: frenduerũt sup me dẽtibus suis D ñe quando respicies restitue aĩaꝫ meã a malignitate eorũ:

fo v

14

a leonibus vnicā meam C ōfitebor tibi i ecclia magna: i ppl'o graui lau dabo te N on supergau deant michi qui aduersā tur michi inique: qui ode rūt me gratis ⁊ annuūt oculis Q m̄ michi qui dē pacifice loquebātur: ⁊ in iracūdia terre loquen tes dolos cogitabāt E dilatauerūt super me os suū: dixerūt euge euge vi derunt oculi nostri V i disti dn̄e ne sileas: domi ne discedas a me E xur ge ⁊ intende iudicio meo deus meus: ⁊ dn̄s meus in causam meā. I udica me scd̄m iusticiā tuā dn̄e deus meus: ⁊ nō supgau deant michi N on dicā in cordib⁹ suis euge euge aīe nostre: ne dicant de uorabimus eū E rube scant ⁊ reuereātur simul: qui gratulātur malis me is. I nduātur cōfusione ⁊ reuerētia: qui maligna loquūtur sup me E xul tent ⁊ letētur qui volunt iusticiā meam: et dicant semp magnificet domi n⁹ qui volunt pacē serui eius E t lingua mea me ditabitur iusticiā tuam: tota die laudem tuam.

Psalmus .xxxv.

D ixit iniustus vt de linquat i semetipo: nō est timor dei ante ocu los eius Q m̄ dolose e git in cōspectu eius: vt in ueniatur iniquitas eius ad odiū V erba oris ei⁹ iniquitas et dolus: nolu it intelligere vt bene age ret I niquitatē medita tus est in cubili suo: asti tit omni vie non bone: maliciam autē non odi uit D omine in celo mi sericordia tua: et veritas tua vsq₃ ad nubes I usti cia tua sicut montes dei: iudicia tua abissus mul ta H omines et iumen ta saluabis domine: quē admodum multiplicasti misericordiā tuam deus. F ilii autē hominū in te gmine alarum tuarum: sperabunt I nebriabun tur ab vbertate domus

tue: ꝛ torrēte voluptatis
tue potabis eos Quo-
niā apud te est fons vite:
ꝛ in lumie tuo videbimꝰ
lumen Pretende miam
tuā scientibꝰ te: ꝛ iusticiā
tuā his qui recto sūt cor-
de. Non veniat michi
pes supbie: ꝛ manus pec
catoris non moueat me.
Ibi ceciderūt qui operā
tur iniqtatē: expulsi sunt
nec potuerūt stare. Glia
patri. Añ. Expugna impu-
gnātes me. Añ. Reuela.

Noli emu- Ps. xxxvi
lari in malignanti-
bꝰ: neqꝫ zelaueris facien-
tes iniquitatē Qm̄ tan
ꝙ̄ fenū velociter arescent
ꝛ queadmodū olera her-
barū cito decident Spe
ra in dn̄o ꝛ fac bonitatē:
ꝛ inhabita terrā ꝛ pasce-
ris in diuitiis eiꝰ Dele-
ctare in dn̄o: ꝛ dabit tibi
petitioēs cordis tui Re
uela dn̄o viam tuā ꝛ spe-
ra in eo: et ipse faciet Et
educet quasi lumen iusti-
ciā tuā: et iudiciū tuū tā-
ꝙ̄ meridiē: subditus esto
dn̄o et ora eū Noli emu
lari i eo qui ꝓsperatur in
via sua: ꝛ in homie faciē-
te iniusticias Desine ab
ira ꝛ derelinque furorem:
noli emulari vt maligne
ris Qm̄ qui malignan
tur exterminabūtur: susti-
nētes aūt dn̄m ipsi here-
ditabūt terram Et ad-
huc pusillū ꝛ nō erit pec-
cator: et querēs locū eius
ꝛ nō inuenies Māsue-
ti aūt hereditabūt terrā:
ꝛ delectabūtur in multi-
tudine pacis Obserua
bit pctōr iustū: ꝛ stridebit
sup eū dentibꝰ suis Do
minꝰ aūt irridebit eū: qm̄
prospicit ꝙ veniant dies
eiꝰ Gladiū euaginaue-
runt pctōres: intenderūt
arcū suū Ut decipiant
pauperē ꝛ inopē: vt truci
dent rectos corde Gla-
dius eorū intret in corda
ipsoꝝ: ꝛ arcus eoꝝ cōfrin
gatur Melius est modi-
cū iusto: sup diuitias pec
catoꝝ multas Qm̄ bra
chia pctōꝝ conterētur: cō
firmat autē iustos domi-

fo 4 15

nus N ouit dñs dies i-
maculatorū: et hereditas
eorū in eternū erit N on
cōfundentur in tpe malo
et in dieb' famis satura-
būtur: quia pctōres peri-
būt I nimici vero domi
ni mox vt honorificati fu
erint et exaltati: deficien-
tes quēadmodū fum' de
ficient M utuabit pec-
cator et nō soluet: iust' au
tem miseretur et tribuet.
Q uia benedicētes ei he
reditabūt terrā: maledicē
tes autem ei disperibunt
A pud dñm gressus ho-
minis dirigetur: et viam
ei' volet. C ū ceciderit
non collidetur: quia dñs
supponit manū suā I u-
nior fui etenī senui: et nō
vidi iustū derelictū: nec
semen ei' querēs panem.
T ota die miseretur et cō
modat: et semen illius in
bñdictione erit D ecli-
na a malo et fac bonū: et
inhabita in seculū seculi.
Q uia dñs amat iudiciū
et non derelinquet sctōs
suos in eternū conserua-
būtur I niusti punietur
et semen impiorū peribit.
I usti autē hereditabunt
terrā: et inhabitabūt in se
culū seculi super eā O s
iusti meditabitur sapien-
tiā: et lingua ei' loquetur
iudiciū L ex dei eius in
corde ipsius et nō supplā
tabūtur gressus ei' C ō
siderat pctōr iustū: et que
rit mortificare eū D ñs
autē nō derelinquet eum
in manib' eius: nec dam
nabit eū cū iudicabit illi
E xpecta dñm et custodi
viā eius et exaltabit te: vt
hereditate capias terram
cū perierint pctōres vide
bis V idi impiū superex-
altatū: et eleuatū sicut ce-
dros libani E t transiui
et ecce nō erat: quesiui eū
et nō ē inuētus locus ei'
C ustodi innocentiā et
vide equitatē: qm̄ sunt re
liqe homini pacifico I n
iusti aūt disperibūt: simul
reliquie impiorū interibūt
S alus autē iustorū a do
mino: et ptector eorū in tē
pore tribulationis. E t

adiuuabit eos dñs ꝛ liberabit eos ꝛ eruet eos a petõrib⁹ ꝛ saluabit eos: qꝛ sperauerũt i eo. p̃. xxxvii.

Domine ne i furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me Qm̃ sagitte tue ifixe sũt michi: ꝛ confirmasti sup me manũ tuã Non est sanitas i carne mea a facie ire tue: nõ est pax ossibus meis a facie peccatorũ meorũ. Qm̃ iniquitates mee supergresse sunt caput meũ ꝛ sicut onus graue grauate sunt sup me Putruerũt ꝛ corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiẽtie mee. Miser factus sum ꝛ curuatus sum vsqꝫ in finẽ: tota die cõtristatus igrediebar Qm̃ lũbi mei impleti sunt illusionib⁹: ꝛ nõ est sanitas in carne mea Afflict⁹ sum ꝛ humiliatus sum nimis: rugiebã a gemitu cordis mei. Dñe ante te oĩe deside riũ meũ: et gemitus me⁹ a te non est absconditus Cor meũ conturbatũ ẽ in me: dereliquit me virtus mea ꝛ lumẽ oculorũ meorꝫ: ꝛ ipsum nõ est mecum Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerũt et steterũt. Et qui iuxta me erant de longe steterũt: et vim faciebant qui querebãt animã meã Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabãtur Ego autẽ tanq̃ surdus nõ audiebã: et sicut mutus non aperiens os suũ. Et factus sum sicut homo nõ audiẽs: et nõ habens in ore suo redargutiones Qm̃ in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus me⁹ Quia dixi nequãdo sup gaudeant michi inimici mei: et dũ cõmouent pedes mei sup me magna locuti sũt Qm̃ ego i flagella pat⁹ sũ: ꝛ dolor me⁹ i cõspectu meo sp Qm̃ iniqtatẽ meam annũciabo: ꝛ cogitabo ꝓ petõ meo. Inimici aũt mei viuũt: ꝛ cõfirma

ti sūt sup me: ꝛ multiplica
ti sūt q̄ oderūt me inique
Qui retribuūt mala pro
bonis detrahebāt michi
qm̄ sequebar bonitatem
Ne derelinquas me do-
mine de⁹ meus: ne discesse
ris a me Intende in ad-
iutoriū meū dn̄e deus sa
lutis mee Glia. An. Re-
uela dn̄o viā tuā. ℣. Dn̄e in ce
lo misericordia tua ℟ Et vsq₃
ad nubes veritas tua. In
laud. ā. Miserere ps. Ipsū.
Feria tercia Inuitato-
riū. Jubilemus deo salutari
nostro ps. Venite. Om̄s
psalmi hui⁹ nocturni di-
cūtur ad nocturnū bini ꝛ
bini cū glia patri excep-
tis psalmo Judica me de
us ꝛ psalmo Miserē mei
deus. qui dicitur in lau-
dib⁹ cū suis antiphonis
An. Ut nō delinquā. ps.
Dixi custo- xxxviii.
diā vias meas: vt
non delinquā in lingua
mea Posui ori meo cu-
stodiā: cum cōsisteret pec
cator aduersum me Ob-
mutui et humiliat⁹ sum

et silui a bonis: et dolor
meus renouatus ē Con-
caluit cor meū intra me:
ꝛ in meditatione mea ex
ardescet ignis Locutus
sum in lingua mea: notū
fac michi dn̄e finē meum
Et numerū dierū meo-
rū quis est vt sciam. quid
desit michi Ecce mēsu
rabiles posuisti dies me-
os: ꝛ substantia mea tan
q̄ nichilū ante te Verū
tamen vniuersa vanitas
omnis homo viuēs Ve-
rūtamē in ymagine per-
trāsit homo: sed ꝛ frustra
cōturbatur Thesaurisat
ꝛ ignorat cui cōgregabit
ea: ꝛ nūc que ē expectatio
mea nōne dn̄s: ꝛ substā-
tia mea apd̄ te ē Ab oi-
bus iniq̄tatib⁹ meis erue
me: obprobriū insipienti
dedisti me Obmutui et
nō aperui os meū qm̄ tu
fecisti: amoue a me pla-
gas tuas A fortitudine
man⁹ tue ego defecii in-
crepationib⁹: propter ini
quitatem corripuisti ho-
minē Et tabescere fecisti

sicut araneā/animā eius V erumtamē vane conturbatur oīs homo E xaudi orationē meā dn̄e: τ deprecationē meā auribus percipe lacrimas meas N e sileas qm̄ aduena ego sum apud te: τ peregrin⁹ sicut o m̄s patres mei. R emitte michi vt refrigerer priusq̄ꝫ habeaꝫ τ āplius nō ero p. xxxix

E xpectans expectaui dn̄m: τ intendit michi. E t exaudiuit p̄ces meas: τ eduxit me de lacu miserie τ de luto fecis. Et statuit supra petrā pedes meos: et direxit gressus meos. E t imisit in os meū canticū nouum: carmē deo nostro V idebūt multi τ timebunt: et sperabūt in dn̄o B eat⁹ vir cui⁹ est nomē dn̄i spes eius: τ nō respexit in vanitates τ insanias falsas M ulta fecisti tu domīe deus me⁹ mirabilia tua: τ cogitationib⁹ tuis nō ē qui similis sit tibi A nnūciaui et locutus sum: multiplicati sunt sup̄ numerū S acrificiū τ oblationē noluisti: aures aūt perfecisti michi. H olocaustū τ pro pctō nō postulasti: tunc dixi ecce venio I n capite libri scriptū est de me vt facerem voluntatē tuā deus me⁹ volui: τ legem tuā in medio cordis mei A nnūciaui iusticiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo dn̄e tu scisti I usticiā tuā nō abscō di in corde meo: veritatē tuam τ salutare tuū dixi N on abscō di mīam tuā τ veritatē tuā: a consilio multo. T u autē dn̄e ne longe facias miseratioēs tuas a me: mīa tua τ veritas tua semp̄ susceperunt me Q m̄ circundederūt me mala quoꝝ nō est numerus: cōprehenderunt me iniquitates mee τ nō potui vt viderē M ultiplicate sunt sup̄ capillos capitis mei: τ coꝛ meū dereliquit me C ōplaceat tibi dn̄e vt eruas me: dn̄e

ad adiuuandū me respi-
ce Confundātur ꝛ reue
reātur simul: qui querunt
animā meā vt auferāt eā
Auertātur retrorsum et
reuereātur: qui volunt mi
chi mala Ferant confe
stim confusionē suaꝫ: qui
dicunt michi euge euge:
Exultent et letetur sup
te om̄s querētes te: ꝛ di-
cant semp magnificetur
dn̄s qui diligūt salutare
tuū Ego aūt mēdicus
sum ꝛ paup: dn̄s sollicit⁹
est mei Adiutor me⁹ et
ꝑtector meus es tu: deus
me⁹ ne tardaueris Gl'ia
patri. An̄. Ut nō delinquā
in lingua mea. An̄ Sana dn̄e

Beatus qui ps. xl.
intelligit sup egenū
ꝛ pauperē: in die mala li-
berauit eū dn̄s Dn̄s cō
seruet eū ꝛ viuificet eū: et
beatū faciet eū in terra: ꝛ
nō tradat eū in aiam ini-
micoꝝ eius Dn̄s opem
ferat illi sup lectū doloris
eius: vniuersum stratum
ei⁹ versasti in infirmitate
eius Ego dixi dn̄e mi-
serere mei: sana aīaꝫ meā
quia peccaui tibi Inimi
ci mei dixerunt mala mi-
chi: quādo morietur ꝛ pe
ribit nomē eius Et si in
grediebatur vt videret va
na: loquebat̄ cor ei⁹ con-
gregauit iniquitatē sibi.
Egrediebatur foras: et
loquebat̄ in id ipsū Ad-
uersuꝫ me susurrabāt oēs
inimici mei: aduersuꝫ me
cogitabant mala michi.
Uerbū iniquū cōstitue-
runt aduersū me: nūquid
qui dormit nō adiiciet vt
resurgat. Etem̄ homo
pacis mee in quo speraui
qui edebat panes meos:
magnificauit sup me sup
plantationē Tu autem
dn̄e miserere mei: et resu-
scita me ꝛ retribuam eis.
In hoc cognoui qm̄ vo
luisti me: qm̄ non gaude
bit inimicus meus super
me Me autē ꝑpter ino
centiā suscepisti: ꝛ confir
masti me in cōspectu tuo
in eternū Bn̄dictus do
min⁹ deus israel a seculo:
ꝛ i sc'm fiat fiat. Ps. xli.

Quēadmodum desi-derat ceruꝰ ad fon-tes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus Sitiuit aīa mea ad deū fon tem viuū: quādo veniā ꝛ apparebo ante faciē dei Fuerūt michi lachrime mee panes die ac nocte: dū dicit̄ michi quotidie vbi ē deꝰ tuꝰ Hec recor-datꝰ sū ꝛ effudi ī me aīaꝫ meā: qm̄ trāsibo ī locū ta bernaculi admirabl'is: vſ qꝫ ad domū dei In voce exl'tatiōis ꝛ cōfessiōis: so nus epulantis Quare tristis es aīa mea: ꝛ qua-re cōturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc confite boꝛ illi: salutare vultꝰ mei ꝛ deꝰ meꝰ Ad meipꝫ aīa mā cōturbata ē: ꝓpterea memoꝛ ero tui de t̄ra ioꝛ-danis ꝛ hermonii a mōte modico Abissus abissū īuocat: ī voce catharataꝝ tuaꝝ Omia excelsa tua ꝛ fluctꝰ tui: sup̱ me transie rūt In die mādauit dn̄s miaꝫ suā: ꝛ nocte canticū eiꝰ Apō me orō deo vi-te mee: dicā deo susceptoꝛ meꝰ es Quare oblitꝰ es mei ꝛ quare cōtristatus in-cedo dū affligit me inimi cus Dū cōfringūtur os-sa mea: exprobrauer̄t mi-chi q̄ tribulāt me inimici mei Dum dicūt michi per singulos dies vbi est deus tuꝰ: quare tristis es aīa mea ꝛ quare cō turbas me Spera ī deo qm̄ ad-huc cōfiteboꝛ illi: salutare vultꝰ mei et deus meus

Psalmꝰ sequēs nō dr̄ ad nocꝛ. sꝫ ad laud. ps. xliiii

Iudica me deꝰ ꝛ discerne causā meā de gente nō sctā: ab hoīe iniquo et doloso erue me Quia tu es deus forti-tudo mea: quare me repu listi et quare tristis ince-do dū affligit me inimi-cus Emitte lucē tuā et veritatē tuam: ipa me de duxerūt ꝛ adduxerunt in montē sctm̄ tuū: ꝛ in ta-bernacl'a tua Et introi-bo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutem meā Cōfiteboꝛ tibi in

cythara de⁹ deus meus: quare tristis es aia mea et quare conturbas me. Spera i deo qm̄ adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei ⁊ de⁹ me⁹. Gloria patri. An̄. Sana dn̄e aiam̄ meā q̄a peccaui tibi. An̄. Eructauit cor. ps. xliii.

Deus aurib⁹ nostris audiuimus: patres nr̄i annūciauerūt nobis Opus quod operatus es i diebus eoꝝ: ⁊ in diebus antiq̄s Man⁹ tua gētes dispdidit ⁊ plātasti eos: afflixisti pp̄los et expulisti eos Nec em̄ in gladio suo possederūt terrā: ⁊ brachiū eoꝝ nō saluauit eos Sed dextera tua ⁊ brachiū tuū ⁊ illuminatio vultus tui: qm̄ cōplacuisti i eis Tu es ipse rex me⁹ ⁊ deus meus: qui mandas salutes iacob. In te inimicos nostros ventilabim⁹ cornu: ⁊ in noīe tuo spnemus insurgētes i nobis Nō em̄ i arcu meo spabo: ⁊ gladi⁹ me⁹ nō saluabit me Saluasti em̄ nos de affligentib⁹ nos: ⁊ odiētes nos cōfudisti In deo laudabimur tota die: ⁊ i nomie tuo cōfitebimur tibi in seculū Nūc aūt repulisti ⁊ cōfudisti nos: ⁊ nō egrecieris de⁹ i virtutib⁹ nostris Auertisti nos retrorsū post inimicos nostros: ⁊ q̄ oderūt nos diripiebāt sibi Dedisti nos tāq̄ oues escarū: ⁊ i gētibus dispsisti nos Vendidisti pp̄lm tuū sine pcio: ⁊ nō fuit multitudo i cōmutationib⁹ eoꝝ Posuisti nos obprobriū vicinis nr̄is: subsānationē ⁊ derisū his q̄ sūt i circuitu nr̄o Posuisti nos i similitudinē gentibus: cōmotionē capitis i pp̄lis Tota die verecūdia mea cōtra me ē: ⁊ cōfusio faciei mee cooperuit me A voce exprobrātis ⁊ obloquētis a facie inimici ⁊ psequentis Hec omia venerunt sup nos nec obliti sumus te ⁊ inique non egim⁹ in testamento tuo. Et non

recessit retro cor nostrum: et declinasti semittas nostras a via tua Q[uonia]m humiliasti nos i[n] loco afflictionis: et cooperuit nos umbra mortis S[i] i[n]obliti sumus nome[n] dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deu[m] alienu[m] N[on]ne deus requiret ista: ipse e[ni]m novit abscondita cordis Q[uonia]m p[ro]pter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis: E[x]urge quare obdormis d[omi]ne: exurge et ne repellas in fine[m]. Q[u]uare faciem tua[m] auertis. obliuisceris inopie nostre et tribulatio[n]is nostre Q[uonia]m humiliata est in puluere a[n]i[m]a nostra: co[n]glutinatus est in terra venter noster. E[x]urge domi[n]e adiuua nos: et redime nos p[ro]pter nomen tuu[m] Ps. xliiii.

E[r]uctauit cor meu[m] verbum bonu[m]: dico ego opera mea regi L[ingua] mea calam[us] scribe: velociter scribentis S[pecio]sus forma pre filiis ho[m]i[n]um diffusa est gratia i[n] labiis tuis: p[ro]pterea b[e]n[e]dixit te deus in eternu[m] A[ccin]gere gladio tuo. super femur tuum potentissime. S[pecie] tua et pulcritudine tua: inte[n]de prospere p[ro]cede et regna P[ropter] veritate[m] et mansuetudine[m] et iusticia[m]: et deducet te mirabiliter dextera tua S[a]gitte tue acute: pp[o]l[i] sub te cadent in corda inimicor[um] regis S[edes] tua de[us] in seculu[m] seculi: virga directionis virga regni tui. D[ilexisti] iusticia[m] et odisti iniquitatem: p[ro]pterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre co[n]sortib[us] tuis M[irra] et gutta et cassia a vestime[n]tis tuis a domibus eburneis: ex q[ui]bus delectaueru[n]t te filie regu[m] in honore tuo A[sti]tit regina a dextris tuis i[n] vestitu deaurato: circu[m]data varietate A[udi] filia et vide et inclina aure[m] tua[m]: et obliuiscere populu[m] tuum et domu[m] patris tui E[t] co[n]cupiscet rex decore[m]

tuū: qm̄ ipse est dn̄s deus tuus: ⁊ adorabunt eum. Et filie tyri in muneribus: vultū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis Omnis gloria ei⁹ filie regis ab intus: in fimbriis aureis circūamitta varietatibus Adducētur regi virgines post eā: proxime ei⁹ offerētur tibi Offerētur in leticia ⁊ exultatione: adducētur in templū regis Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: cōstitues eos principes super omnē terrā Memores erūt nomis tui dn̄e: i om̄i generatione ⁊ gn̄atione Propterea populi confitebūtur tibi i eternum: et in seculum seculi. Gloria patri. An̄. Eructauit cor meū verbū bonū. An̄. Adiutor: Ps. xlv.

Deus noster refugiū ⁊ virtus: adiutor i tribulationib⁹ que inuenerunt nos nimis. Propterea nō timebimus dū turbabitur terra: ⁊ trāsferētur mōtes in cor maris Sonuerūt ⁊ turbate sūt aque eor: cōturbati sunt montes i fortitudine ei⁹. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sctificauit tabernaculū suū altissimus Deus in medio eius nō cōmouebitur: adiuuabit eā deus mane diluculo Cōturbate sunt gentes ⁊ inclinata sūt regna: dedit vocem suā mota est terra Dn̄s virtutū nobiscū: susceptor noster deus iacob Venite ⁊ videte opera dn̄i que posuit prodigia sup terrā: auferens bella vsq̃ ad finē terre Arcū cōteret et cōfringet arma: et scuta cōburet igni Uacate ⁊ videte qm̄ ego sum de⁹: exaltabor in gentib⁹ ⁊ exaltabor in terra Dn̄s virtutū nobiscum: susceptor noster deus iacob. Ps. xlvi

Omnes gētes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultationis Qm̄ dn̄s excelsus terribilis: rex magn⁹ sup omnē terrā Subiec-

cit pplos nobis: et gētes sub pedib⁹ nostris Elegit nobis hereditatē suā speciē iacob quem dilexit Ascendit de⁹ ī iubilo: ⁊ dn̄s in voce tube Psallite deo nr̄o psallite: psallite regi nr̄o psallite Qm̄ rex oīs terre deus: psallite sapiēter Regnabit de⁹ sup gētes: de⁹ sedet super sedē sctām suam Principes pploꝝ cōgregati sūt cū deo abrahā: qm̄ dii fortes terre vehemēter eleuati sunt. Glia patri. An̄. Adiutor in tribulationibus.

An̄. Auribus pcipite. ps. xlvii.

Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis ī ciuitate dei nostri ī mōte sctō eius Fūdatur exultatione vniuerse terre: mons syon latera aqlonis ciuitas regis magni Deus ī domib⁹ eius cognoscet: cū suscipiet eam qm̄ ecce reges cōgregati sunt: conuenerūt in vnū. Ipsi vidētes sic admirati sunt cōturbati sunt cōmoti sunt: tremor apprehēdit eos. Ibi dolores vt parturiētis: in spū vehemēti conteres naues tharsis Sicut audiuim⁹ sic vidim⁹ in ciuitate dn̄i virtutū: ī ciuitate dei nr̄i: de⁹ fundauit eā in eternū Suscepim⁹ deus miam tuā: in medio templi tui. Scdm nomē tuū deus sic ⁊ laus tua in fines terre: iusticia plena ē dextera tua Letet̄ mons syon ⁊ exultēt filie iude: ppter iudicia tua dn̄e Circūdate syon ⁊ complectimini eā: narrate in turrib⁹ ei⁹. Ponite corda vestra in virtute ei⁹: et distribuite domos ei⁹ vt enarretis ī progenie altera Qm̄ hic est de⁹ deus noster ī eternū et in seculū scl'i: ipse reget nos in secula. ps. xlviii.

Audite hec oēs gentes: aurib⁹ pcipite qui hītatis orbē. Quiqȝ terrigene et filii hoīm: simul ī vnū diues ⁊ pauper. Os meū loquetur sapientiā: ⁊ meditatio cordis mei prudentiam

fe iii   20

tiam I nclinabo in parabolam aurē meam: aperiam in psalterio propositionē meam C ur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me Q ui confidūt i virtute sua: ꝛ in multitudine diuitiarū suarū gloriātur F rater nō redimit redimet homo: ꝛ non dabit deo placationē suā E t preciū redemptionis anime sue: et laborabit i eternū ꝛ viuet adhuc in finē N on videbit interitum cum viderit sapiētes morientes: simul īsipiens et stultus peribūt E t relinquēt alienis diuitias suas: ꝛ sepulchra eoꝝ domꝰ illoꝝ in eternū. T abernacula eoꝝ in progenie ꝛ progenie: vocauerūt nomīa sua ī terris suis H omo cū in honore esset nō ītellexit: comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis. H ec via illoꝝ scandalū ipsis: ꝛ postea in ore suo complacebūt S icut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. E t dominabūtur eoꝝ iusti i matutino: et auxilium eorū veterascet in inferno a gloria eoꝝ V erumtamē deus redimet animā meam de manu inferi: cū acceperit me N e timueris cum diues factus fuerit homo: ꝛ cū multiplicata fuerit gloria domus eiꝰ. Q uoniā cum interierit non sumet omia: neqꝫ descendet cum eo glia eius Q uia anima eius in vita ipsius bn̄dicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei. I ntroibit vsqꝫ in progenies patrum suoꝝ: vsqꝫ in eternū non videbit lumen H omo cū in honore esset non intellexit: comparatus est iumētis insipientibus: ꝛ similis factus est illis. G lia patri. An. Auribus pcipite q̄ habitatis orbē. An. Deus

D eus deorū ps. xlix
deoꝝ dn̄s: locutꝰ ē ꝛ vocauit terrā A solis ortu vsqꝫ ad occasū: ex syon

species decoris eiꝰ Deꝰ
manifeste veniet: deꝰ no-
ster ⁊ nō silebit Ignis i
cōspectu eius exardescet:
⁊ i circuitu eiꝰ tempestas
valida Aduocauit celū
desursum: ⁊ terrā discerne
re populū suū Congre
gate illi sctōs eius qui or
dinant testamentū eius
sup sacrificia Et annū-
ciabūt celi iusticiam eiꝰ:
qm̄ deus iudex est Au-
di ppl'us meus ⁊ loquar:
israel et testificabor tibi:
deus deꝰ tuꝰ ego sū Nō
i sacrificiis tuis arguā te:
holocausta aūt tua in cō
spectu meo sūt semp Nō
accipiā de domo tua vi-
tulos: neq3 de gregibus
tuis hircos Qm mee sūt
oēs fere siluarū: iumēta
in montibꝰ ⁊ boues Co
gnoui oia volatilia celi:
⁊ pulcritudo agri mecū ē
Si esuriero nō dicam ti
bi: meus est em̄ orbis ter
re et plenitudo eiꝰ. Nū-
quid mādūcabo carnes
taurorū: aut sanguinē hir
corum potabo Immola
deo sacrificium laudis: ⁊
redde altissimo vota tua
Et inuoca me in die tri
bulationis: eruā te ⁊ ho-
norificabis me Peccato
ri aūt dixit deus quare tu
enarras iusticias meas:
⁊ assumis testamētū me-
um per os tuū Tu vero
odisti disciplinā: ⁊ proie-
cisti sermones meos re-
trorsum Si videbas fu-
rem currebas cū eo: ⁊ cū
adulteris porcionē tuam
ponebas Os tuū abun
dauit malicia: et lingua
tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrē
tuū loquebaris: ⁊ aduer-
sus filiū matris tue pone
bas scandalū: hec fecisti
⁊ tacui Existimasti ini-
que ꝙ ero tui similis: ar-
guam te ⁊ statuā contra
faciē tuā Intelligite hec
qui obliuiscimini deū: ne
quādo rapiat ⁊ nō sit qui
eripiat. Sacrificiū lau-
dis honorificabit me: et
illic iter quo ostendā illi
salutare dei. Iste psal-
mus nō dicit' ad noctur-

nũ sed ad laudes. Añ. De
le domine. ps.l.

Miserere mei deus: se
cundũ magnã mi-
sericordiã tuã Et scdm
multitudinẽ miserationũ
tuarũ: dele iniquitatẽ me
am Amplius laua me
dñe ab iniquitate mea: ⁊
a peccato meo mũda me
Qm iniqtatẽ meã ego
cognosco: ⁊ pctm̃ meũ cõ
tra me est semp Tibi so-
li peccaui ⁊ malũ corã te
feci vt iustificeris i sermo
nib⁹ tuis: ⁊ vincas cũ iu
dicaris Ecce eñ in ini-
quitatib⁹ cõceptus sum:
⁊ in pctis cõcepit me ma
ter mea Ecce eñ verita
tem dilexisti: incerta ⁊ oc-
culta sapiẽtie tue manife
stasti michi Asp̃ges me
dñe ysopo ⁊ mundabor:
lauabis me et sup niuem
dealbabor Auditui meo
dabis gaudiũ ⁊ leticiã: ⁊
exultabũt ossa humiliata
Auerte faciẽ tuã a pec-
catis meis: ⁊ oẽs iniqui
tates meas dele. Cor
mundũ crea in me deus:
spiritũ rectũ innoua in vi
sceribus meis Ne proici-
as me a facie tua: ⁊ spiri-
tũ sanctũ tuũ ne auferas
a me Redde michi leti-
ciã salutaris tui: ⁊ spiritu
principali confirma me.
Docebo iniquos vias
tuas: ⁊ impii ad te cõuer
tẽtur Libera me de san-
guinib⁹ deus de⁹ salutis
mee: et exultabit lingua
mea iusticiã tuam Dñe
labia mea aperies: et os
meũ annũciabit laudem
tuã Qm si voluisses sa
crificiũ dedissem: vtiq; ho
locaustis non delectabe
ris Sacrificiũ deo spũs
cõtribulatus: cor contri-
tũ ⁊ humiliatũ deus nõ
despicies. Benigne fac
dñe i bona volũtate tua
syon: vt edificentur muri
hierusalẽ Tũc accepta-
bis sacrificiũ iusticie: o-
blationes et holocausta
tũc imponẽt super altare
tuũ vitulos. ps.li.

Quid gloriaris i mali
cia: qui potens est i
iniquitate Tota die in-

iusticiã cogitauit lingua tua: sicut nouercula acu- ta fecisti dolũ D ilexisti maliciã sup benignitatẽ: iniquitatẽ magis q̃ lo- qui equitatẽ D ilexisti oĩa verba p̃cipitationis: lingua dolosa P ropterea deus destruet te in finem euellet te ⁊ emigrabit te de tabernaculo tuo: ⁊ ra- dicẽ tuã de terra viuentiũ V idebũt iusti ⁊ timebũt ⁊ sup eũ ridebũt ⁊ dicẽt: ecce homo qui nõ posuit deũ adiutorẽ suũ S ed sperauit in multitudine di uitiarũ suarũ: ⁊ preualuit i vanitate sua E go au tẽ sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in mia dei in eternũ ⁊ in sc'lm se culi C õfitebor tibi i se- culum quia fecisti: ⁊ expe ctabo nomẽ tuũ qm̃ bo- nũ est in conspectu sctõꝝ tuoꝝ. G loria patri. An. Deus deorũ dñs locutus est. ℣ Immola deo sacrificiũ lau- dis ℟. Et redde altissimo vo ta tua In laud. ã. Dele dñe ps. Miserere. Feria

quarta Inuitatoriũ. In manu tua dñe oĩs fines terre ps. Venite Oĩs ṗi isti' nocturni ad nocturnũ di cunt bini ⁊ bini cum glia patri. excepto ps. Deus in noĩe tuo. qui relinquit. et ps. Te decet. ps. Deus de' meus. et Deus misereat nostri. qui dicit in laud. cũ suis añ. An. Auertit do minus. ps. lii.

D ixit insipiens in cor de suo: nõ est deus. C orrupti sunt ⁊ abho- minabiles facti sunt iniq- tatibus: nõ est qui faciat bonũ D eus de celo p- spexit sup filios hoim: vt videat si ẽ intelligẽs aut requirẽs deũ O ẽs de clinauerũt simul inutiles facti sunt: nõ est q̃ faciat bonũ nõ est v sq; ad vnũ N õne scient oẽs q̃ ope rantur iniquitatẽ: qui de uorant plebẽ meam vt ci bũ panis D eũ nõ in- uocauerũt: illic trepidaue rũt timore vbi nõ fuit ti- mor Q m̃ deus dissipa uit ossa coꝝ qui homini-

bus placent: confusi sunt
quoniā deus spreuit eos
Quis dabit ex syon salu
tare isrl': cū cōuerterit dn̄s
captiuitatē plebis sue ex-
ultabit iacob· ⁊ letabitur
israel Psalm⁹ sequēs nō
d̄r ad nocturnū. p̄.liii.
Deus in noīe tuo sal
uū me fac: ⁊ in vir-
tute tua iudica me De⁹
exaudi orationē meā: au
ribus percipe verba oris
mei Qm̄ alieni insurre-
xerūt aduersum me: ⁊ for
tes quesierūt aīam meā:
⁊ nō ꝓposuerūt deū ante
conspectū suū Ecce em̄
deus adiuuat me: ⁊ dn̄s
susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis
meis: ⁊ in veritate tua di
sperde illos Volūtarie
sacrificabo tibi: ⁊ confite
bor nomini tuo dn̄e: qm̄
bonū est Qm̄ ex omī tri
bulatione eripuisti me: et
super inimicos meos de
spexit oculus me⁹. ps.
Exaudi deus liiii.
orationē meā: et ne
despexeris deprecationē
meā: intende michi ⁊ ex-
audi me Contristatus
sum in exercitatiōe mea
⁊ cōturbatus sum a voce
inimici et a tribulatione
peccatoris Quoniā de
clinauerūt in me iniqui-
tates: ⁊ i ira molesti erāt
michi Cor meū contur
batū est in me: ⁊ formido
mortis cecidit super me.
Timor et tremor vene-
rūt sup me: ⁊ contexerunt
me tenebre Et dixi quis
dabit michi pēnas sicut
columbe: ⁊ volabo et re-
quiescam Ecce elonga
ui fugiens: ⁊ mansi in so
litudine Expectabā eū
qui saluū me fecit: a pusil
lanimitate spūs ⁊ tēpesta
te Precipita dn̄e ⁊ diui
de linguas eoꝝ: qm̄ vidi
iniq̄tatē ⁊ cōtradictionē
i ciuitate Die ac nocte
circūdabit eā sup muros
ei⁹ iniq̄tas: ⁊ labor i me-
dio ei⁹ ⁊ i iusticia Et nō
defecit de plateis ei⁹: vsu
ra ⁊ dolus Qm̄ si inimi
c⁹ meus maledixisset mi-
chi sustinuissē vtiqꝫ Et

si is qui oderat me super
me magna locut⁹ fuisset:
abscondissem me forsitan
ab eo Tu vero homo v-
nanimis: dux meus ⁊ no
tus meus Qui simul me
cū dulces capiebas cibos
in domo dei ābulauim⁹
cum consensu. Ueniat
mors sup illos: ⁊ descen-
dant in infernū viuentes
Qm̄ nequitie in habita
culis eoꝝ: in medio eorū.
Ego autē ad deū clama
ui: ⁊ domin⁹ saluauit me
Uespere ⁊ mane ⁊ meri
die narrabo ⁊ annūciabo
et exaudiet vocē meam.
Redimet in pace animā
meā ab his qui appropi-
quāt michi: qm̄ iter mul-
tos erat mecum Exau-
diet deus ⁊ humiliabit il
los: qui est ante scl'a Nō
em̄ est illis cōmutatio et
nō timuerūt: extēdit ma-
nū suam in retribuendo.
Contaminauerūt testa
mentū ei⁹: diuisi sunt ab
ira vultus eius ⁊ appro-
pinquauit cor illi⁹ Mol
liti sunt sermones ei⁹ sup
oleum: ⁊ ipsi sunt iacula
Iacta sup dominū curam
tuam ⁊ ipse te enutriet: et
nō dabit in eternū fluctu
ationem iusto Tu vero
deus: deduces eos in pu
teū interitus Uiri san-
guinū ⁊ dolosi non dimi
diabūt dies suos: ego au
tē sperabo i te dn̄e. Glia
patri Auertit dn̄s cap-
tiuitatē plebis sue. An̄. Qm̄.
Miserere mei ps.lv.
deus qm̄ conculca
uit me homo: tota die im
pugnans tribulauit me.
Conculcauerūt me ini-
mici mei tota die: quoniā
multi bellātes aduersum
me Ab altitudine diei
timebo: ego vero i te spe-
rabo In deo laudabo ser
mones meos: in deo spe
raui non timebo quid fa-
ciat michi caro. Tota
die verba mea execraban
tur: aduersū me om̄s co-
gitatioēs eoꝝ in malum
Inhabitabūt ⁊ abscon-
dent: ipsi calcaneū meū
obseruabūt Sicut susti-
nuerūt animā meam pro

fe mj
73

nichilo saluos facies il-los: i ira populos cõfrin-ges D eus vitã meã an nunciaui tibi posuisti la-chrimas meas i cõspectu tuo S icut τ in promissi one tua: tũc conuertẽtur inimici mei retrorsũ I n quacũq3 die inuocauero te: ecce cognoui qm̃ deus meus es I n deo lauda-bo verbũ: in dño lauda-bo sermonẽ in deo spera-ui: nõ timebo quid faciat michi homo. I n me sũt deus vota tua: que reddã laudationes tibi. Q m̃ eripuisti animã meam de morte: τ pedes meos de lapsu: vt placeã corã deo in lumie viuentiũ. ps. lvi.

M iserere mei deus miserere mei: qm̃ in te cõfidit aia mea. E t in vmbra alarũ tua rũ sperabo: donec trãseat iniquitas C lamabo ad deũ altissimũ: deũ qui be ne fecit michi M isit de celo τ liberauit me. dedit in obprobriũ cõculcãtes me. M isit deus miam suã τ veritatẽ suã: τ eri-puit aiam meã de medio catulorũ leonũ: dormiui cõturbatus F ilii hoim dentes eorꝝ arma τ sagit te: τ lingua eorꝝ gladius acutus E xaltare sup ce los deus: τ in omni terra glia tua L aqueũ para-uerũt pedibꝰ meis: τ in-curuauerũt aiam meam. F oderũt ante faciẽ meã foueã: τ inciderũt in eam P aratũ cor meũ deꝰ pa ratũ cor meũ: cantabo et psalmũ dicam E xurge glia mea exurge psalteriũ τ cythara: exurgã dilucu lo C onfitebor tibi i po pulis dñe: τ psalmũ dicã tibi in gentibꝰ Q m̃ ma gnificata ẽ vsq3 ad celos mia tua: τ vsq3 ad nubes veritas tua E xaltare su per celos deus: τ sup om nẽ terrã glia tua. G lia patri. An Q m̃ in te cõfidit anima mea. An Juste iudica te. ps. lvii.

S i vere vtiq3 iusticiã loqui-mini: recte iudicate filii hoim E tenĩ i corde ini-

quitates operamini i terra iusticias manus vr̄e cōcinnant. Alienati sunt peccatores a vulua: errauerūt ab vtero locuti sūt falsa. Furor illis scd̄m similitudinem serpētis: sicut aspidis surde et obturantis aures suas. Que nō exaudiet vocē incantantiū: et venefici incātātis sapiēter. Deus cōteret dētes eorum i ore ipsorum molas leonū cōfringet dominus. Ad nichilū deuenient tāquam aqua decurrēs: intēdit arcū suū donec infirmet. Sicut cera que fluit auferetur: super cecidit ignis et nō viderunt solē. Priusquam intelligerent spine vestre ramnū: sicut viuētes sic in ira absorbet eos. Letabit iustus cū viderit vindictā: manus suas lauabit i sanguie pctōris. Et dicet homo: si vtiqz ē fructus iusto: vtiqz est deus iudicās eos i terra. ps.lvi.

Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatē: et de viris sanguinum salua me. Quia ecce ceperūt aīaz meā: irruerūt i me fortes. Neqz iniqtas mea neqz pctm̄ meū dn̄e: sine iniqtate cucurri et direxi. Exurge i occursum meū et vide: et tu dn̄e deus virtutū deus israel. Intēde ad visitādas oēs gētes: nō miserearis oibus q operātur iniquitatē. Cōuertātur ad vesperā et famē patientur vt canes: et circuibūt ciuitatē. Ecce loquētur i ore suo: et gladius in labus eorum qm̄ qs audiuit. Et tu dn̄e deridebis eos: et ad nichilū deduces oēs gētes. Fortitudinē meā ad te custodiā: qa deus susceptor meus es: deus meus mia eius preueniet me. Deus ostēdit michi super inimicos meos ne occidas eos: neqn̄ obliuiscant ppli mei. Disperge illos i vtute tua: et depone eos protector meus dn̄e. Delictū oris eorum sermo

fe[a] iiij 24

nē labioꝝ ipsoꝝ: ⁊ cōpre-
hendent̄ i supbia sua Et
de execratione ⁊ menda-
cio annūciabuntur in cō
summatiōe: in ira consū-
mationis ⁊ nō erūt Et
sciēt qꝛ de⁹ dn̄ abit̄ iacob
et finiū terre Conuetant̄
ad vespam: ⁊ famē patien
tur vt canes: et circuibūt
ciuitatē Ipsi dispergētur
ad manducādū: si vo nō
fuerit saturati et murmu
rabūt Ego aūt cātabo
fortitudinē tuā: ⁊ exalta-
bo mane miaꝫ tuā Quia
fact⁹ es susceptor me⁹ ⁊ re
fugiū meū i die tribulati
onis mee Adiutor me⁹
tibi psallā: qꝛ de⁹ suscep-
tor me⁹ es deus me⁹ mia
mea. Glia. Añ. Iuste iudi
cate filii hominū. Añ. Da no
bis domine. ps. lix.

Deus repulisti nos ⁊
destruxisti nos: ira
t⁹ es ⁊ misert⁹ es nobis.
Cōmouisti terrā ⁊ cōtur
basti eā: sana cōtritiones
ei⁹ qꝛ cōmota ē Ostendi
sti pplo tuo dura: potasti
nos vino cōpūctiōis De

disti metuētibus te signi
ficationē: vt fugiant a fa
cie arcus. Et liberētur
dilecti tui: saluū fac dexte
ra tua ⁊ exaudi me De⁹
locutus est in sancto suo:
letabor et partibor siccī-
mā ⁊ conuallem taberna
culoꝝ metibor Me⁹ est
galaad ⁊ meus ē manas-
ses: et effraym fortitudo
capitis mei Iuda rex me
us: moab olla spei mee.
In ydumeā extendā cal
ciamentū meū: michi ali
enigene subditi sūt Quis
deducet me i ciuitatē mu
nitam: quis deducet me
vsqꝫ in ydumeam Nōn-
ne tu de⁹ q̄ repulisti nos:
et nō egredieris de⁹ i vir
tutib⁹ nris Da nobis au
xiliū de tribulatōe: qꝛ vana
na sal⁹ hoīs In deo faci
em⁹ virtutē: et ipe ad ni-
chilū deducet tribulātes
Exaudi nos. ps. lx.

Exaudi de⁹ depcationē meā
intēde orōni mee A fini
bus terre ad te clamaui
dū anxiaret̄ cor meū: i pe
tra exaltasti me Deduxi

stime qa factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum. Qm̄ tu deus exaudisti orationē meā: dedisti hereditatē timētibus nomē tuū. Dies super dies regis adiicies ānos eius vsqꝫ in diē ḡnationis et generationis. Permanet in eternū in conspectu dei: miam et veritatē eius qs requiret. Sic psalmū dicam nomini tuo in seculū seculi: vt reddam vota mea de die i diem. Glia patri. An. Da nobis domine auxiliū de tribulatiōe. An. A timore. Ps. lxi.

Deus qui cōspicis ex nulla nostra actiōe cōfidimus cō cede ꝓpiti⁹ vt cōtra aduersa oīa doctoris gentiū ꝓtectione muniamur. Per dominū Ad primā ps Deus de⁹ meus respice. Cum aliis nō dicit ps. Cōfitemini. Sed loco illi⁹ dicit. Dñs regnauit decorem. Post eundē psalmū ceteri dicūtur. videlicet Btī immaculati ꝛc. Ita dicat i diebus dnicis per totam. xl. Ad. iij. vi. ꝛ. ix. capl'ni. ℟. ℣. ꝛ orōnes sicut in dnica. lxx. Ad vespas. capl'm Bñdictus deus ꝛ pater. ℣. Dirigatur dñe. Ad mag. añ Ihūs hec dicens clamabat qui habet aures audiendi audiat. Orō Oratur domine. Ad compl'. ymnus Te lucis. Añe sequentes dicant sup ebdoma. ad matutinas ꝛ ad ℣s. et finite repetant si necesse fuerit. añ. Uobis datum est nosce misterium regni dei ceteris aūt in parabolis dixit ihesus discipulis suis. añ. Semē cecidit in terram bonā ꝛ attulit fructum aliu d centesimū aliud sexagesimū ꝛ aliud tricesimuz añ. Semen cecidit in terrā bonam ꝛ attulit fructum in paciencia. añ. Quod aūt cecidit in terrā bonā. hi sunt qui i corde bono ꝛ optimo verbuz dei retinent ꝛ fructum afferunt in paciencia. añ. Si vere fratres

diuites esse cupitis veras di-
uicias amate. Ymnus sup
ebdom. Xp̄e qui lux es.
Feria secunda. Lcō prima.

Hic est liber generati-
onis adā: in die qua
creauit deus hoīem. Ad
similitudinē dei fecit illū
masculum ⁊ feminā crea
uit eos. ⁊ benedixit illis
⁊ vocauit nomen eoꝝ a-
dam in die qua creati sūt
Vixit aūt adam centum
triginta annis: ⁊ genuit
filium ad imaginē ⁊ simi
litudinē suam. vocauitqꝫ
nomē eius seth. Et facti
sunt dies adam postquā
genuit seth octingēti an-
ni: genuitqꝫ filios ⁊ filias
Et factū est omne tēpus
qd vixit adam anni non
gēti trigita ⁊ mortuꝰ est.
℟. Ubi est abel frater tuꝰ dix
it dn̄s ad cayn nescio nūquid
custos fratris mei sum ego et
dixit ad eum quid fecisti. Ecce
vox sanguinis fratris tui abel
clamat ad me de terra. ℣. Nūc
ergo maledictus eris super ter
ram que apperuit os suum et
suscepit sanguinē fratris tui
de manu tua. Ecce. Lcō. ij.

Vixit quoqꝫ seth centū
quinqꝫ annis et ge-
nuit enos. Vixit seth pꝰ
quā genuit enos octigē-
tis septem annis: genuit
qꝫ filios ⁊ filias. Et facti
sunt omnes dies seth nō
gentoꝝ duodecim anno-
rum ⁊ mortuus est. Vix-
it vero enos nonaginta
annis ⁊ genuit caynan.
Post cuius ortum vixit
octingentis quindecī an
nis ⁊ genuit filios ⁊ fili
as. Facti qꝫ sunt omēs di
es enos nōgentiquinqꝫ
anni ⁊ mortuꝰ est. ℟. Fi-
at manus tua vt saluum me
facias quia mandata tua ele-
gi. Concupiui salutare tuū do
mine. ℣. Erraui sicut ouis que
perierat require seruum tuum
domine quia mādata tua nō
sum oblitus. Cōcupiui. L. iij.

Vixit quoqꝫ caynā sep
tuagita annis: ⁊ ge
nuit malalehel. Et vixit
caynā post q̄ genuit ma-
lalehel octingentis qua-
draginta annis: genuitqꝫ
filios ⁊ filias. Et facti sūt

omnes dies caynan nõgente decẽ anni ⁊ mortuus est. Uixit aũt malalebel sexagintaquinq; annis ⁊ genuit iared. Et vixit malalebel postquã genuit iared octigentis triginta annis. Et genuit filios ⁊ filias. Et facti sunt omẽs dies malalebel octingenti nonaginta quinq; anni ⁊ mortuꝰ est. ℟. In principio. ℣. Formauit.

Ad horas. caplm. ℟. ℣. ⁊ orõnes sicut in ebdom precedenti. Feria. iij. L. i.

Uixitq; iared centũ sexaginta duobus annis: et genuit enoch. Et vixit iared postq̃ genuit enoch octingentis annis et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies iared nongenti sexagita duo anni ⁊ mortuus est. Porro enoch vixit sexaginta quinq; ãnis ⁊ genuit mathusalem. Et ambulauit enoch cum deo. Et vixit enoch postquã genuit mathusalem trecẽtis annis: et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies enoch trecenti sexagintaquinq; anni: ãbulauit cum deo et non apparuit quia tulit eum deus. Lectio secunda.

Uixit quoq; mathusalem centum octoginta septem annis: ⁊ genuit lamech. ⁊ vixit mathusalem postquã genuit lamech septingentis octoginta duobus annis: et genuit filios ⁊ filias. Et facti sunt omẽs dies mathusalem nõgẽti sexaginta nouem anni ⁊ mortuus est Lectio tertia.

Uixit autẽ lamech cẽtum octoginta duobus annis: ⁊ genuit filiũ vocauitq; nomen eius. noe dicens. Iste consolatur nos ab operibus ⁊ laboribus manuũ nostrarum in terra cui maledixit dominus. Uixitq; lamech postq̃ genuit noe quigentis nonagita quinq; annis. Et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies lameth septin-

genti septuaginta septez anni. ⁊ mortuus est. Noe vero cū quingentoꝝ esset annoꝝ genuit sem. ⁊ chā ⁊ iaphet. Feria .iiij. L. i.

Cū(m)q(ue) cepissent hoīes multiplicari sup ter-rā ⁊ filias ꝓcreassent. vi-dentes filij dei filias ho-minū q(uod) essent pulchre ac ceperūt sibi vxores ex oī-bus quas elegerāt. Dixit q(ue) deus. Nō permanebit spūs me⁹ in hoīe ineter-num: q(uia) caro est. Eruntq(ue) dies illi⁹ centū vigiti an noꝝ. Gigantes aūt erant sup terrā in diebus illis: L. ij

Postq(uam) eñi ingres-si sunt filij dei ad fili-as hoīm(q)ue illeq(ue) genue-runt: isti sunt potētes a se culo. viri famosi videns aūt deus q(uod) multa mali-cia hoīm esset in terra et cūcta cogitatio cordis in tenta esset ad malū oī tē pore penituit eū q(uod) homi nē fecisset in terra. L. iij.

At p̄caneus in futurū ⁊ tactus dolore cor dis intrinsecus delebo i-quit hoīem quē creaui a-facie terre. ab homīe vsq(ue) ad aīantia a reptili vsq(ue) ad volucres celi. Penitet eñi me fecisse eos: Noe ve ro inuenit gratiā corā dño. Feria quīta. L. pria.

He sunt generationes noe. Noe vir iustus. atq(ue) ꝑfectus fuit in gene rationib⁹ suis cū deo am bulauit ⁊ genuit tres fili os sem. cham. ⁊ iaphet. Corrupta est aūt terra co rā dño: ⁊ repleta est iniq tate. Cūq(ue) vidisset de⁹ ter rā esse corruptā oīs quip pe caro corruperat viā su am sup terrā dixit ad noe Finis vniuerse carnis ve nit corā me. Lcō scda.

Repleta est terra iniq-tate a facie eorum: ⁊ ego disperdā eos cū terra fac tibi arcā de lignis le-uigatis Mansiūculas in arca facies ⁊ bitumine li mes intrinsecus ⁊ extrin secus: ⁊ sic facies eā. Tre-centoꝝ cubitoꝝ erit lōgi tudo arce: quinquaginta cubitoꝝ latitudo ⁊ trigi-

ta cubitorum altitudo eius
Fenestrã i archa L. iij
facies: et in cubito cõ
summabis summitatē ei
us. Ostiū aūt arce pones
in latera deorsum. Cena
cula et tristega facies i ca
Ecce ego adducā aquas
diluuij sup terrā vt inter
ficiem oēm carnē in qua
spūs vite est subter celuz
et vniuersa que in terra
sunt cōsumenť. Feria. vi.
Ponā qz fedus L. i.
meum tecū: et ingre-
dieris arcaz tu et filij tui.
vxor tua et vxores filiorū
tuorum tecū: et ex cunctis a
nimātibus vniuerse car-
nis bina induces in arcā
vt viuant tecū masculini
sexus et feminini. De vo-
lucribus iuxta gen⁹ suuz
et de iumentis in genere
suo et ex omi reptili terre
scdm genus suū: bina de
oībus ingredienť tecū vt
possint viuere. Lcō scda.
Tolles igiť tecū ex oī-
bus escis que mādi
possunt et cōportabis a
pud te: et erūt tā tibi quā
illis in escaz. Fecit igitur
noe oīa que pceperat illi
deus. Dixitqz dñs ad eū
Ingredere tu et omnis do
mus tua in arcā. Te eniz
vidi iustū corā me in ge-
neratione hac. Lcō. iij
Ex oībus aīantibus
mūdis tolles septez
et septena masculum et fe
minā: de aīantibus vero
immūdis duo et duo ma
sculū et feminā. Sed et de
volatilib⁹ celi septena: et
septena masculū et femi-
nā vt salueť semē sup faci
em vniuerse terre. adhuc
ei et p⁹ dies. vij. ego plu
az sup terrā q̃dragita die
bus et quadragita nocti
bus et delebo oēm subāz
quā feci de supficie terre.
Sabbato. Lectio prima.
Fecit ergo noe omnia
que mādauerat ei do
minus. Eratqz septētorū
annorum quādo diluuie a-
que inundauerūt sup ter
rā. Et ingressus est noe et
filij eius: vxor ei⁹ et vxo-
res filiorum eius cū eo in ar
cam, ppter aquas diluuij

de aiantibus quoqꝫ mū-
dis ⁊ immūdis ⁊ de vo
lucribus ⁊ ex omi qd̄ mo
uetur sup terram duo ⁊
duo ingressi sunt ad noe
in arcā masculus ⁊ femi-
na: sicut p̄ceperat domi-
nus noe. Cūqꝫ trāsissent
septē dies: aque diluuij i
undauerunt sup terram.

L. ij.

Anno septētesi
mo vite noe mense
scd̄o septimodecimo die
mēsis: rupti sunt oēs fon
tes abyssi magne: ⁊ cata
racte celi aperti sunt ⁊ fa
cta est pluuia sup terram
quadraginta dieb⁹ et q̄-
draginta noctib⁹. In ar-
ticulo diei illi⁹ ingressus
est noe: ⁊ sem ⁊ cham. et
iaphet filij ei⁹ ⁊ vxor illi⁹
⁊ vxores filioꝝ eius cum
eis in arcā ipi ⁊ oīne ani
mal scd̄m genus suū vni
uersaqꝫ iumēta in genere
suo sed oīne quod moue
tur sup terram in genere
suo cunctūqꝫ volatile se-
cundū genus suū.

L. iij.

Uniuerse aues omnes-
qꝫ volucres ingresse
sunt ad noe in arcam bi-
na ⁊ bina ex omi carne i
qua erat spiritus vite. Et
que ingresse sunt mascu-
lus ⁊ femina ex omni car
ne introierunt: sicut prece
perat ei de⁹ et inclusit eū
dominus de foris. Factū
qꝫ est diluuiū quadragin
ta diebus super terram ⁊
multiplicate sunt aque ⁊
eleuauerunt arcaꝫ in sub
lime a terra. Ad vesperas
Caplm. Deus aūt qui di
nes es. ℣. Uespertina oratio
Ad mag. aīi. Uobis datuꝫ
est nosce misterium Orō. Ex
audi dn̄e. Ad compl. ym
nus. Jesu saluator. Do-
minica in quiquagesima
Inuitatorium. Preoccupe
mus faciem dn̄i in confessione
Et in psalmis iubilemus ei.
p̄s. Uenite exultem⁹ do.
Nocturnum dicitur psal-
mos Beatus vir qui i. Ro
Memor fui. Lectio prima.

Fides est religionis sā
ctissime fundamentū
caritatis vinculum: amo
ris subsidium fides fami-
liares efficit deo: amicos

constituit xpo: sicut apo-
stolus dicit. Sine fide im
possibile est placere deo.
Et in epistola ad hebreos
Est aut fides sperandarum
substantia rerum. argum
tum nō apparentium. in
hoc enī testimonium cō-
secuti sunt senes. ℞. Dixit
dominus ad noe finis vniuer
se carnis venit coram me. Re
pleta est terra iniquitate eorū
et ego disperdam eos cum ter
ra. ℣. Fac tibi archam de lig-
nis leuigatis mansiūculas in
archa facies. Repleta. L. ij.

At post pauca: fide noe
responso accepto. De
his que adhuc non vide
bantur metuens aptauit
archam in salutem domus
sue Per quam damnauit
mundum et iusticie que per
fidem est. heres institu-
tus est. De qua etiam et
primus pastor ecclesie in
epistola sua ita loquitur:
In diebus noe cum fabri
caretur archa in qua pau
ci id est octo anime salue
facte sunt per aquam. Quod
nūc vos simili forma sal
uos facit baptisma non
carnis depositio sordium:
sed conscientia bone inter
rogationis in deum. ℞.
Edificauit noe altare domino
offerens super illud holocau-
stum odoratus est dominus o
dorem suauitatis et benedixit
eis. Crescite et multiplicamini
et replete terram. ℣. Ecce ego
statuam pactum meum vobis
cum et cum semine vestro post
vos. Crescite. Lectio tertia

Que omnia in exposi-
tione vltime partis
in hezechiel propheta.
Beatus papa taliter scri-
bit gregorius. Archa enī
que trecentis cubitis fie-
ri lōgitudine iussa est: sex
aginta vero latitudine:
triginta autem in altitu-
dine in vno est cubito cō
summata. ℞. Ponam arcum
meum in nubibus celi dixit do
minus ad noe. Et recordabor
federis mei quod pepigi tecū
℣. Cumque obduxero in nubi-
bus celum apparebit arcus
meus in nubibus. Et recorda
bor federis mei quod pepigi
tecum. Lectio quarta.

Quid em̄ ꝑ archā nisi
sancta ecclesia figu-
ratur. que inferius āpla ē
superius angusta: Que a
trecentis ⁊ sexaginta. ac
triginta cubitis ad vnuz
cubitū colligit: q: latitu-
dinē quā sancta ecclesia i
mēbris suis adhuc infir-
mātibus habet paulisper
angustata ⁊ in altū ꝓfici
ens ad vnum tendit. ℟.
Locutus est dn̄s ad abrahaz
dicens egredere de terra ⁊ co-
gnatione tua ⁊ vade in terrā
quā monstrauero tibi. Et faci
am te crescere in gentem mag-
nam. ℣. Benedicā tibi ⁊ multi
plicabo semen tuū erisqz bene
dictus. Et faciam. Lcō. v.

Ipsa em̄ ratio exigit vt
credam⁹ ꝙ in illa arc
he latitudine oīs bestie
cūcta quadrupedia: atqz
reptilia in inferiorib⁹ fue
runt. Homo vero atqz vo
latilia. iniuriā in superio
ribus. Juxta superiorem
⁊ em̄ partē fenestra fuit i
latere: de qua coruū vl' co
lumbā dimisit homo. vt
si iā diluuij trāsisset aqua
cognosceret. Et q: archa
eadez in vno fuit cubito
cōsummata. homo ⁊ vo
latilia iuxta cubitū fuert
℟. Factus est sermo dn̄i ad a
brahā dicens noli timere ego
ꝓtector tuus sum. Et merces
tua magna nimis. ℣. Ego em̄
sum dn̄s deus tuus qui eduxi
te de hur caldeorum. Et mer.

Recte itaqz per. L. vi.
archā vniuersa eccle
sia designat que adhuc i
multis suis carnalib⁹ la-
ta est. in paucis spiritali-
bus angusta. Et quia ad
vnū hoiem q̄ est sine pec
cato colligit. quasi i vno
cubito cōsummat: Uide
mus etem̄ multos intra
eiusdē sancte ecclesie sinū
in sup̄bia erigi: in carnis
voluptate dissolui. ℟.
Temptauit deus abraham ⁊
dixit ad eū. Tolle filiuz tuum
quem diligis ysaac ⁊ offeres
illum ibi in holocaustū super
vnum montiū quē monstraue
ro tibi. ℣. Uocatus quoqz res
pondit ad sum ⁊ ait illi dn̄s.
Tolle. Scdm̄ lucam

In illo tp̄e. Assumpsit

iesus duodecim discipulos suos et ait illis. Ecce ascendimus hierosolimam. et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et reliqua.

Omelia beati gregorij pape. Lectio septima:

Redemptor noster preuidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos. eis longe ante et eiusdem passionis penam et resurrectionis sue gloriam predicit. vt cum morientem sicut predictum esset cernerent etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales. adhuc discipuli nullomodo valebant capere verba misterij venitur ad miraculum. ℟. Angelus domini vocauit abraham dicens. Ne extendas manum tuam super puerum eo quod timeris dominum. ℣. Cumque extendisset manum vt immolaret filium ecce angelus domini de celo clamauit dicens. Ne extendas.

Ante eorum ocu Lectio viij. los cecus lumen recipit. vt qui celestis mysterij verba non caperent eos ad fidem celestia facta solidarent. Sed miracula domini et saluatoris nostri sic accipienda sunt fratres mei vt et in veritate credantur facta. et tamen per significationem nobis aliquid innuant. ℟. Vocauit angelus domini abraham de celo dicens benedicam tibi et multiplicabo te sicut stellas celi. ℣. Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre.

Opera quippe Lectio ix. eius et per potentiam aliud ostendunt: et per misterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta historiam cecus iste fuerit ignoramus sed tamen que per misterium significet nouimus. Cecum quippe est genus humanum quod in parente primo a paradiso gaudijs expulsum claritatem superne lucis ignorans. Damnationis sue tenebras patitur: sed tamen per redemptoris nostri presentiam illuminatur. vt interne lucis gaudia iam per desiderium videat: atque in via

vite boni operis gressus ponat. ℟. Deus dñi mei abrahã dirige viã meã vt cũ salute reuertar in domũ dñi mei ℣. Obsecro dñe fac miam cuȝ seruo tuo: Ut cum. Ista. ℟. supradicta dicãtur super ebdomadã. ℣. Exultabunt sancti in gloria. In laud. añ Secundũ multitudinem miserationũ tuarũ dñe dele iniquitatẽ meã. ps. Miserere mei añ. De⁹ me⁹ es tu ꝛ cõfitebor tibi deus meus ꝛ exaltabo te ps. Cõfitemini. añ. Ad te de luce vigilo deus vt videaȝ voluntatem tuã. ps. De⁹ deus meus. aña Hymnũ dicite ꝛ super exaltate eum in secula. ps. Bñdicite añ. Oms angeli eius laudate dñm d celis ps. Ipm. Caplm. Bñdictio ꝛ claritas. ℣. Dñe refugiũ. Ad bened. aña. Ecce ascendimus iherosolimã ꝛ cõsummabũtur omnia que dicta sunt p pphetas de filio hominis. Oratio.

Preces nostras quesumus domine clemẽter exaudi atq̃ a peccatorum vinculis absolutos ab omni nos aduersitate custodi. Per dominum. Ad. iij. vi. ꝛ. ix. caplm. ℟. ℣. ꝛ oro. sicut i dñica. lxx. Ad vesperas caplm. Bñdictus dñs. ℣. Dirigatur domine. Ad mag. añ. Cecus sedebat secus viam ꝛ clamabat miserere mei fili dauid. Oro: Oratur domine. Ad cõpletoriũ ymn⁹. Te lucis. Feria secũda. Lcõ prima

Vehementer em̃ inundauerũt ꝛ oia repleuerunt in superficie terre. Porro arca ferebatur sup aquas: ꝛ aque preualuerunt nimis sup terrã. operti q̃ sunt omnes montes excelsi sub vniuerso celo. Quindecim cubitis altior fuit aqua sup montes quos operuerat. Cõsumptaq̃ est omis caro que mouebat sup terrã: volucrũ aiantiuȝ bestiaȝ. omniũq̃ reptiliũ que reptãt super terrã. ℟. Ueni hodie ad fõteȝ aque ꝛ oraui dñm dicens dñe. Tu psperum fecisti desiderium meum. ℣. Benedictus es dñe qui me recto itine

re perduxisti ad domũ fratris mei. Tu prosperumm fecisti ꝯsiderum meum. Lcõ scda.

Uniuersi homines et cuncta in quib⁹ spiraculum vite est in terra: mortua sunt. Et deleuit deus omnẽ substantiam que erat sup terrã ab homine vsqꝫ ad pecus: tam reptile ꝙ volucres celi et deleta sunt de terra: remãsit aũt solus noe ꝛ qui cũ eo erant in arca. Obtinuerunt aque terrã centum quinquaginta dieb⁹. R℟.

Cecus sedebat secus viam trãseunte domino exclamauit ad eum ꝛ ait illi dñs. Quid vis vt faciam tibi raboni vt videã lumen. ℣. Stans autem iesus iussit cecum adduci ad se ꝛ cuz appropinquasſz interrogabat eum dicens. Quid vis vt faciam tibi raboni vt videã lumẽ

Lectio tertia.

Recordatus aũt dominus noe cũctorumqꝫ aĩantiuz: ꝛ omniũ iumẽtorum que erant cũ eo in archa: adduxit spiritũ super terram ꝛ imminute sunt aque ꝛ clausi sunt fõtes abyssi ꝛ cataracte celi: et prohibite sunt pluuie de celo. Reuerseqꝫ sũt aque de terra euntes et redeuntes ꝛ ceperunt minui post centum quiquaginta dies. Requieuit archa mense septimo vicesimo septimo die mensis super montes armenie.

℟. Domine puer meus iacet paraliticus in domo ꝛ male torquetur. Amẽ dico tibi ego veniam et curabo eum. ℣. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum sed tantum dic verbo ꝛ sanabitur puer meus. Amen dico tibi ego veniam ꝛ curabo eum. Super ebdomadã. Ad benedictus ꝛ ad magnificat.

Añe. Cum autem audiret ꝙ ihesus nazarenus transiret clamabat dicens ihesu fili dauid miserere mei. antbiphona. Transeunte domino clamabat cecus ad euz miserere mei fili dauid. antiphona. Et ꝗ preibant increpabant eum vt taceret ipse vero multo magis clamabat fili dd miserere mei

aña: Miserere mei fili dauid quid vis vt faciā tibi dn̄e vt videam. aña. Cecus magis ac magis clamabat vt eū illuminaret dn̄s. aña. Omnis plebs vt vidit dedit laudē deo. Ad compl. ymn⁹ Xp̄e q̄ lux.

Feria tercia. Lectio pri͞a.

At vero aque ibant ⁊ decrescebāt vsq̄ ad decimū mēsem. Decimo eñi mense prima die mēsis apparuerūt cacumina montiū. Cūq̄ transissent q̄draginta dies. aperiēs noe fenestrā arche quam fecerat dimisit coruū: qui egrediebaṫ ⁊ nō reuertebatur donec siccarētur aque sup̱ terrā. R. Dixit dominus. Lectio secunda.

Emisit quoq̄ columbā post euz: vt videret si iā cessassent aque super faciē terre. Que cū nō inuenisset vbi requiesceret pes ei⁹. reuersa est ad eum in archā. Aque eniz erāt sup̱ vniuersam terrā Extenditq̄ manū suā: et app̄hensam intulit in archam. R. Edificauit noe ⁊c.

Expectatis aūt L. iij. vltra sept ē dieb⁹ alijs rursum dimisit colūbam ex archa. At illa venit ad eū ad vesperā: portans ramū oliue virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo noe q̄ cessassent aque sup̱ terram. Expectauit nichilomin⁹ septem alios dies. ⁊ emisit colūbaz que nō est reuersa vltra ad eū. R. Ponam archum. Feria iiij. L. pri͞a.

Igitur sexcētesimo primo anno vite noe primo mēse prima die mensis imminute sunt aque sup̱ terrā. Et aperiēs noe tectū arche aspexit: vidit q̄ q̄ exsiccata esset superficies terre. Mēse sc̄do septimo ⁊ vicesimo die mēsis arefacta est terra. Locutus est aūt dn̄s ad noe dicens. Egredere de archa tu ⁊ vxor tua filij tui ⁊ vxores filioꝝ tuoꝝ tecū cūcta aiantia que sunt apud te ex omi carne tam in volatilib⁹ q̄ in bestijs ⁊ vniuersis reptilib⁹ que

reptāt sup terram: educ te cum ⁊ egredimini super terrā. Crescite ⁊ multipli camini sup eā. Lcō scda.

Egressus est ergo noe ⁊ filij ei⁹ ⁊ vxor illi⁹ ⁊ vxores filioꝝ eius cum eo: sed ⁊ oīa aīantia iumē ta ⁊ reptilia que reptant super terrā scdm gen⁹ suū egressa sunt ō archa. Edi ficauit aūt noe altare do mino: ⁊ tollens de cunc tis peccoribus ⁊ volucri bus mūdis. obtulit holo causta sup altare. Lcō. iij

Odoratusq̄ȝ est dn̄s o dorem suauitatis: ⁊ ait ad eū. Nequaq̄ vltra maledicā terre ꝑpter ho mines. Sensus eñ ⁊ co gitatio hūani cordis in malū ꝓna sunt ab adoles centia sua. Nō igit̄ vltra ꝑcutiā oēm aīam viuen tem sicut feci. Cūctis die bus terre semētis ⁊ mes sis: frigus ⁊ estus. estas. ⁊ hyems ⁊ dies nō req̄ escent. ℣. Exultabunt sancti.

Capitula que sequūtur dicunt̄ sup ebdomadam vsq̄ȝ ad dn̄icam de passio ne dn̄i. In laud capitulū

Conuertimini ad me i toto corde vestro in ieiunio ⁊ fletu ⁊ plātu ⁊ scidite corda vestra ⁊ nō vestimenta vestra. ℣. Re pleti sum⁹ mane misericordia tua. Ad bened. aū. Cum ie iunatis nolite fieri sicut ypocri te tristes. Oratio.

Presta dn̄e fidelib⁹ tu is vt ieiunioꝝ vene rāda solēnia ⁊ cōgrua pi etate suscipiāt ⁊ secura ō uotione ꝑcurrant. Per. d.

Ad tertiā caplm.

Inter vestibulū ⁊ altare plorabūt sacerdotes mi nistri dn̄i ⁊ dicent parce dn̄e parce populo tuo ⁊ ne des hereditatē tuā in obprobriū vt dominētur eis natiōes. ℟. Spes mea domine. Oro. Vox nostra te dn̄e. vt supra. Ad vi. ca

Dereliquat pīius suū impius viā suam ⁊ vir iniquas cogitationes suas ⁊ reuertatur ad dn̄ȝ ⁊ miserebit̄ eius ⁊ ad de um nostrū qm̄ multus est

ad ignoscendum. ℟. Esto nobis. Oro. Ut tuam dn̄e

Ad nonam capitulum.

Frange esurienti panē tuū ꝛ egenos vagos que induc in domū tuaꝫ cū videris nudū operi eū ꝛ carnē tuā ne despexeris ℟. Educ de carcere. Oratio. Redemptor noster. Ad vesperas Capitulum.

Abscōdite elemosinā i sinu paupis ꝛ ipsa orabit ꝓ vobis ad dn̄m q2 sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatū. ℣. Dirigatur dn̄e. Ad mag. añ. Thesaurizate vobis thesauros in celo vbi nec erugo nec tinea demollitur vbi est thesaurus ibi est cor tuum. Oro. Omps sempiterne deus vespere. ꝛc.

Feria quinta. Lcō prima

Benedixitqꝫ de⁹ noe ꝛ filij ei⁹ ꝛ dixit ad eos Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terrā. ꝛ terror vester ac tremor sit super cūcta aialia terre ꝛ super omnes volucres celi cuꝫ vniuersis que mouentur super terrā. Omēs pisces maris manui vestre traditi sunt ꝛ oē qd mouet ꝛ viuit erit vobis i cibuꝫ

L. ij.

Quasi olera virētia tradidi vobis omnia. excepto ꝙ carneꝫ cum sanguine nō comedetis. Sanguinē eñ aiarū vestraꝝ requirā de manu cunctaꝝ bestiaꝝ. et de manu hoīs. De manu viri ꝛ de manu fratris eius requirā aiam hoīs. Quicūqꝫ effuderit humanum sanguinē fundet sanguis illius. Lectio tertia.

Ad imaginē dei quippe factus es homo. Uos aūt crescite ꝛ multiplicamini ꝛ ingredimini sup terrā: ꝛ implete eam. Hec quoqꝫ dixit deus ad noe ꝛ ad filios eius cum eo. Ecce ego statuaꝫ pactum meū vobiscū: ꝛ cum semine vestro post vos ꝛ ad oēm aiam viuentem que est vobiscū: tā in volucribus ꝙ in iumentis ꝛ pecudib⁹ terre: cūctisqꝫ que egressa sunt de archa

⁊ vniuersis bestijs terre
Ad bened. añ. Orate p p se quentibus vos ⁊ calumniátibus vos vt sitis filii patris vestri qui in celis est dixit dñs.
Deus qui culpa Oro offenderis penitentia placaris preces populi tui supplicãtis propici⁹ respice ⁊ flagella tue iracũdie que p peccatis nostris meremur auerte. P dñm. Ad vesperas cap̄lz Abscõdite elimosinã. .V. Dirigatur dñe. Ad mag. añ Estote ergo perfecti sicut ⁊ pater vester perfectus est. Oro. Vespertine laudis. Feria sexta. Lectio prima.
Statuam pactum meũ vobiscũ: ⁊ nequaquã vltra interficietur omnis caro aquis diluuij: neq̄ erit deinceps diluuiũ dissipans omnem terrã. Dixitq̄ deus. Hoc est signũ federis qđ do inter me ⁊ vos ⁊ ad omnem aĩam viuentem que est vobiscũ in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus celi. ⁊ erit signum federis inter me ⁊ inter terrã. L. ij.
Cumq̄ obduxero nubibus celum. apparebit arcus meus in nubibus ⁊ recordabor federis mei quod pepigi vobiscũ ⁊ cum omni anima viuẽte que carnem vegetat ⁊ non erunt vltra aque diluuij ad delendam vniuersam carnem. Eritq̄ arcus meus in nubibus et videbo illum ⁊ recordabor federis sẽpiterni: qđ pactum est inter deum et omnem animam viuentez vniuese carnis que est super terram. Lcõ tertia.
Dixitq̄ dominus ad noe: hoc est signũ federis quod constitui inter me ⁊ omnem carnem super terram. Erant ergo filij noe qui egressi sunt de archa sem. cham. ⁊ iaphet. Porro cham ipẽ est pater chanaam. Tres isti filij sunt noe. et ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram. versi.

Exultabunt sancti in gloria. Ad bened. aña. Cum facis elemosinā nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Oro

Inchoata ieiunia quesum⁹ dñe benigno fauore ꝓsequere vt obseruātiā quā corporaliter exhibemus mentib⁹ etiā sinceris exercere valeamus Per dñm. Ad vesperas Capl'm. Abscondite elemosinā. ℣. Dirigatur Ad mag. añ. Tu aūt cū oraueris intra in cubiculū tuū ꝛ clauso ostio ora patrē tuum. Oro. Propiciare domie. Sabbato. Lectio prima.

Ceditq; noe vir agricola exercere terrā et plātauit vineā. Bibēsq; vinū inebriatus est: ꝛ nudatus iacuit in tabernaculo suo. Quod cum vidisset cham pater chanaan verenda. scilicz patris sui esse nudata nūciauit duobus fratribus suis foras At vero sem ꝛ iapbet pallium imposuerūt humeri suis: ꝛ incedētes retrorsū opperuerūt verēda patris sui: Faciesq; eorum auerse erant: ꝛ patris virilia nō viderunt. Lectio secūda.

Euigilans aūt noe ex vino cum didicisset que fecerat ei filius suus minor ait Maledict⁹ chanaan: seruus seruoꝝ erit. fratrib⁹ suis. Dixitq;. Benedictus dñs deus sem: sit chanaan seruus eius: L. iij.

Dilatet deus iapbet ꝛ habitet in tabernacl'is sem: sitq; chanaam seru⁹ ei⁹. Dixit aūt noe post diluuiū trecentis quinquagita annis: ꝛ impleti sunt oms dies eius nōgentoꝝ quinquaginta annoꝝ ꝛ mortuus est. ℣. Exultabūt sancti in gloria. Ad bened. aña. Quare ieiunamus ꝛ nō aspexisti hūiliauimus animas nostras ꝛ nescisti. Oro. Inchoata ieiunia. vt supra. Ad vs. Ca.

Hortamur vos ne in vacuum gratiā dei recipiatis. ait eīn tpe accepto exaudiui te ꝛ ī die salutis adiuui te. Dicat hoc capl'm ad vespas in

sabbatis et in dieb⁹ dñi-cis vsq ad dñicam d' passione dñi cū ṽ. Angelis suis mādauit de te. ℟. Et custodiam te in omnibus viis tuis. Ad mag. añā. Nesciat sinistra tua q̄d faciat dextera tua. Orō. Exaudi dñe famulos. Ad comp℞. ymnus. Jesu saluator. Cat℞. Tu aūt in nobis. ℟. In pace in idipm dormiā et requiescā. ṽ. Si dedero somnū oculis meis et palpebris meis dormitationem. Gloria patri. Iterum. ℟. In pace. Et dicit in sabbatis et in diebus dñicis per. xl. deinde dr. ṽ. Custodi nos dñe. añ. Salua nos. ps. Nūc dimittis. cū alijs que sequūtur. Si festiuitas alicui⁹ sancti diebus dñicis in quadragesima euenerit nō fiat de festo. sed de feria. Si aūt festiuitas sit. ix. lect. die sequēti celebret. Dñica prīa. xl. Inuitatoriū. Nō sit vobis vanum surgere ante lucez. Qr pmisit dñs coronā vigilātib⁹. ps. Venite exul. Nocturnum dicit. ṽ. Dicet dño sus-ceptor meus es tu. Et refugiū meum deus meus sperabo in eum. Lectio prima.

Ante dies deuotionū sancte quadragesime p̄dicantes sacraꝝ litterarum exempla ptulenius: quib⁹ appbarem⁹ hūc q̄dragenariū numerū non esse ab hoībus cōstitutū sz diuinit⁹ cōsecratū. Nec terrena cogitatione initū sed celesti maiestate p̄ceptum. Atq ideo qui cōstitutū numerū vna die mā-ducādo p̄terit nō vni⁹ diei violat excusator: sed vt totius quadragesime trāsgressor arguit. ℟. Ecce nūc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis cōmendem⁹ nos metipsos. In multa pacientia in ieiuniis multis per arma iusticie virtutis dei. ṽ. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. In. Lcō. ij.

Unde bonū est homini: vt ad diez sine labore ieiunet. et toti⁹ quadragesime cōsequat pariter sanctitatē. Hec autē nō tā sacerdotuz p̄cepta

ꝑ deiſunt. Atq̧ ideo in ſpernit: nō ſacerdotē ſpernit ſed xp̄m qui in ſuo loquitur ſacerdote. Videamus igitur quo tp̄e hāc obſeruantiā nobis indixerit dn̄s: ſi non veluti per iſtā deuotionē cūcta clementa voluit habere perfectū. ℟. In omnibus exhibeam⁹ nos ſicut dei miniſtros in multa pacientia. Ut nō vituperetur miniſterium noſtrū ℣. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies ſalutis noſtrum dantes vllā offenſionē. Ut nō vituperētur miniſteri.

Lectio tertia

Ecce em̄ in dicta quadrageſima cōſtricta hic mali gelu terra reſoluitur ꝛ aquaꝝ fluēta meatur ſuos glacie liqueſacta recipiūt Sic quoq̧ corpoꝝ noſtroꝝ hoc eodem tp̄e cōtracta ſcelerib⁹ peccata ſoluūtur. ꝛ vite noſtre purius corpus liqueſacto rigore dyaboli meatum ſuū priſtinū recognoſcit. ℟. Angelis ſuis mādauit de te vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aſpidem ꝛ baſiliſcum ambulabis ꝛ conculcabis leonem ꝛ drachonem. In manibus. In ſc̄do nocturno. ℣. Ipſe liberauit me ℟. De laqueo venantium et a verbo aſpero. Lcō q̄rta.

Terra in quā indicta q̄drageſima: aſperitatem deponit hiemis: ego in dicta quadrageſima aſperitatem reicio delictoꝝ. Illa terra aratrix ſcindit vt mūdanis ſit congrua frugibus: mea terra ieiuniis exaratur vt celeſtib⁹ ſit apta ſeminibus Sicut em̄ redditū vberioꝛez capit qui frequētius vexando exercet cāpū: ita ꝛ maioꝛez gratiā ꝑcipit qui exercet coꝛpoꝛis ſui campū ſepius ieiunādo. ℟. Derelinquat impius viam ſuam ꝛ vir iniquus cogitationes ſuas ꝛ reuertatur ad dn̄m ꝛ miſerebitur eius. Quia benign⁹ ꝛ miſericoꝛs eſt preſtabilis ſuper malicia dn̄s deus noſter.

℣. Non vult mortem peccatoris sed vt conuertatur et viuat. Quia benignus et misericors. est prestabilis sup malicia sto.

Lectio quinta.

Ecce enim abstinentie tempore herba reuirescit in messem: surculus arboris conatur in fruticem: palmes vinee pubescit in geminam: et omnia de inferioribus ad altiora se subrigunt. Ita hoc eodemque tempore hominum spes interim mortua reuiuiscit in posterum fides perdita reparatur in gloriam. temporalis vita perficit in eternam. Et omne humanum genus ad celestia se subrigens: ab infimis ad altiora consurgit. ℟. Frange esurienti panem tuum et egenos vagosque induc in domum tuam. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum et ante ibit faciem tuam iusticia tua. ℣. Cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen.

Lectio sexta

Modo ferrum gestans agricola sarmenta deputat vinearum: ita et nunc euangelium tractans episcopus: sordes amputat populorum. Et isto quadragenario curriculo vniuerse hoc agunt creature quatinus depositis superfluis ornate vel compte in pascha procedant. Modo omnia sunt in partu: vt tunc reperiantur in fructu ℟. Absconditе elemosinam in sinu pauperis et ipsa orabit pro vobis ad dominum. Quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum ℣. Date elemosinam dixit dominus et ecce omnia munda sunt vobis. Quia sicut aqua extin.

In tertio nocturno. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperabis.

Secundum matheum

In illo tempore. Ductus est ihesus in desertum a spiritu vt temptaretur a dyabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus. et quadraginta noctibus postea esuriit. Et reliqua

Omelia beati gregorii pape. Lectio septima.

Dubitari a quibusdã solet a quo spũ sit ie sus ductus in desertũ: ꝓpter hoc ꝙ subdit̃. Assũpsit diabolus eũ in sanctã ciuitatẽ. Et rursum assũpsit eũ in montẽ excelsum valde. Sed vere ꝛ absqꝫ vlla questione cõuenienter accipit̃ vt a sancto spiritu in desertũ ductus credatur: vt illuc eũ spũs suus duceret vbi hũc ad tẽptandũ spũs malignus inueniret. ℟. Scindite corda vestra ꝛ nõ vestimenta vestra Et cõuertimini ad dñm deum quia benignus ꝛ misericors ẽ ℣. Reuertimini vnusquisqꝫ a via sua mala ꝛ a pessimis cogitationibus vestris. Et con.

Sed ecce cũ Lcõ. viij dicit̃: deus homo vel in excelsum montẽ. vel in ciuitatẽ sanctã assumpt⁹ a diabolo mens refugit. humane hoc audire aures expauescũt esse incredibilia ista agnoscim⁹: si in illo ꝛ alia facta pensamus Certe iniquoꝝ oim dyabolus caput est. ꝛ huius capitis sunt membra omnes iniqui. ℟. In ieiunio ꝛ fletu orabant sacerdotes dicẽtes. Parce dño parce populo tuo ꝛ ne des hereditatem tuã in perditionem. ℣. Inter vestibulum ꝛ altare plorabũt sacerdotes mistri dñi ꝛ dicẽt. Par.

An nõ dyaboli L. ix membrũ fuit pilat⁹. an nõ diaboli mẽbra iudei xp̄m ꝑsequẽtes ꝛ milites crucifigẽtes fuerunt Quid ergo mirũ si ab illo se permisit in montẽ duci ꝛ tẽptari: qui ꝑtulit se etiam a mẽbris illius crucifigi: Nõ est ergo indignũ redẽptori nostro ꝙ temptari voluit q venerat occidi. ℟. Pater peccaui in celũ ꝛ coram te iam nõ sum dign⁹ vocari filius tuus. Fac me sicut vnũ de mercenariis tuis. ℣. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panib⁹ ego aũt hic fame pereo surgã ꝛ ibo ad patrem meum ꝛ dicã Fac me. Dicant̃ hec. ℟. supradicta sup ebdoma. ℣. Angelis suis. ℟. Et custodiant te. In laud. an. Cor mũ

dum crea in me deus spiritus rectū innoua in visceribꝰ meis ps. Miserere mei. aña. O dn̄e saluum me fac o dn̄e bene p̄sperare. ps. Cōfitemini do mino. an. Sic benedicā te in vita mea dn̄e ⁊ in nomine tuo leuabo manus meas. ps. Deus deꝰ meꝰ. aña. In spiritu humilitatis ⁊ in animo cōtric to suscipiamur dn̄e ad te ⁊ sic fiat sacrificium nostrū vt a te suscipiatur hodie ⁊ placeat ti bi dn̄e deus. ps. Bn̄dicite. añ Laudate deum celi celorū ⁊ aque om̄s. ps. Laudate dn̄m de celis. Caplm.

Ecce nūc tēpus accep tabile ecce nūc dies salutis nemini dantes vl lam offensionē vt nō vi tuperet ministeriū nostrū sed in oibus exhibeamꝰ nosmetipos sicut dei mi nistros in mlta paciētia. ℣. Scuto circumdabit te veri tas eius. ℟. Nō timebis a ti more nocturno. Ad bened. añ Ductus est iesus in deser tum a spū vt tēptaretur a dia bolo ⁊ cum ieiunasset quadra ginta diebus ⁊ quadraginta noctibus postea esuriit. Oro.

Deus qui ecclesiā tuā annua quadragesi me obseruatiōe purificas presta familie tue vt qđ a te obtinere abstinēdo ni titur hoc bonis operibus exequat. Per dn̄m Ad tertiā caplm. Hortamur vos. ℟. Participem me fac deꝰ omniū timentiū te. Et cu stodientium mandata tua. ℣. Aspice in me ⁊ miserere mei se cundū iudicium diligentiū no men tuum. Et custodientium. Gloria patri. Participem. ℣. Dicet dn̄o. Oro. Deus qui cōspicis. Ad vi. capitulū Ecce nūc tēpus. ℟. Ab oi via mala p̄hibui pedes meos Ut custodiā mandata tua do mine. ℣. A iudiciis tuis nō de clinaui quia tu legem posuisti mihi. Ut custodiā. Gloria p. Ab omni via. ℣. Ipse liberauit me. Oro. Deus innocētie Ad ix. caplm. Hortamur vos. ℟. Declara sup nos de us. Tuā misericordiā. ℣. De claratio sermonū tuorum intel lectum dat paruulis. Tuam. misericordiā. Gloria pat. De

dara: ℣. Scapulis suis. Oro. Da nobis dñe. Ad vespe ras ca. l. Hortamur vos ℣. Angelis suis. Ad mag. añ. Et triumphet. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. In his ergo die bus exhibeamus nos sicut di ministros in multa paciencia in vigiliis in ieiuniis et carita te nō ficta. Oro. Oriatur dñe Ad com. l. ymn9. Te lu cis ante. Ca. l. m. Tu aūt in nobis. ℣. In pace in id ip sum. Feria secunda. ℣. Di cet domino. Lectio prima.

Et factum est p9 mor tem moysi serui dñi: vt loqueretur dominus ad iosue filiū num mini strum moysi et diceret ei. Moyses seruus me9 mor tuus est: surge et trāsi ior danem istum tu et omis populus tecum: in terraz quaz ego dabo filijs isra el. Omnem locum quem calcauerit vestigium pe dis vestri vobis tradam sicut locutus sum moysi. A deserto et libano vsq3 ad fluui um magnū eufratem om nis terra etheo℞ vsq3 ad mare magnū contra solis occasum erit termin9 ve ster. Null9 poterit vobis resistere cunctis dieb9 vi te tue. Sicut fui cū moy se ita ero tecum. nō dimit tam nec derelinquam te. Conforta re et esto robu stus. Tu enim forte diui des populo huic terrā. p qua iuraui patribus tuis vt traderē eā illis. Lco. ij.

L. iij. Cōfortare igitur et esto robustus valde vt cu stodias et facias oēm le gem quam precepit tibi moyses seruus meus. ne declines ab ea ad dextrā vel ad sinistraz vt intelli gas cuncta que agis. Nō recedat volumē legis hu ius ab ore tuo sed medi taberis in eo diebus ac noctibus vt custodias et facias omnia que scripta sunt in eo. Tunc dirigas viam tuam et intelligas eam. ℣. Angelis suis. In laud. añ. Miserere. cū aliis. ps. Hym. cum alijs. Ca

pitulū. Conuertimini ad me. ℣. Scuto circumdabunt. Ad bened. aña. Venite bñdicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mūdi. Oratio.

Conuerte nos deus salutaris noster et vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat mētes nr̄as celestib⁹ istrue disciplinis. Per d. suppš. Domine ne in furore .i. Oro. Deus refugium pauperū. Ad primā ps. Deus i nomine tuo. cū aliis. Finita prima incipiatur letania et dicit per totam .xl. nisi festiuitas alicuius sancti euenerit. Diebus aūt dñicis nō dicit. post letaniā vero dicatur suppš. Beati quoꝝ remisse sunt. Oro. Ineffabilem. Deinde dr. Preciosa in conspectu domini vt supra. Ad tertiā caplm. Inter vestibulū. ℟. Participem me fac deus. Oratio

Deus qui conspicis: omni nos virtute destitui interius exteriusque custodi: vt ab omnib⁹ aduersitatibus muniamur i corpore et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum nostrum. Suppš. Domine ne in furore. ii⁹. Oratio Deus qui iuste irasceris. Ad sexta caplm Derelinquat impius. ℟. Ab omni via. Oratio

Exaudi quesumus domine gemitum populi supplicantis et qui de meritorum qualitate diffidimus nō iuditium sed misericordiam consequi mereamur. Per dominū. suppš. Deus misereatur nostri. Oratio.

Afflictionem familie tue quesumus domine intende placatus: vt indulta venia peccatoꝝ de tuis semp beneficiis glorietur. Per xp̄m. Ad nonam capitulū. Frange esurienti. ℟. Declara super nos Oratio.

Succurre quesum⁹ domine pp̄lo tuo supplicanti et opem tuam tribue benign⁹ infirmis. vt

sincera tibi mēte deuote
& presentis vite remedijs
gaudeāt & future. Per d.
sup ps. Inclina dn̄e aurē
tuā.. Oro Deus qui ꝓpri-
um. Eodē modo dicatur
ad horas sup ebdom. vs
qȝ ad dn̄icam .iij. xl. sicut
supra dictū est. Ad vespe
ras caplm Abscōdite. ℣.
Angelis suis. Ad mag. añ
Quod vni ex minimis meis fe
cistis mihi fecistis dixit dn̄s.

Conserua que Oro.
sumus dn̄e populū tu
um & ab oibus quas me
reamur aduersitatib⁹ red
de securū. vt trāquillita-
te ꝑcepta deuota tibi mē
te deseruiat. Per dn̄m.. su
per ps De ꝓfundis. Oro.
Pretēde dn̄e. Ad compl.
sup ebdom. ꝑ totā. xl. vs-
qȝ ad dn̄icā de passiōe cā
tetur ymnus Audi benig
ne cōditor.. Nisi festiuitas
alicui⁹ sc̄ti euenerit. Cap.
Conuertimini ad me et
ego reuertar ad vos
ait dn̄s oipotens: ℟. Cu
stodi nos dn̄e.. ℣. Uigilate et
orate vt nō intretis in tempta
tionem q2. aduersarius vester
inimicus tanq̄ leo & rugiens
circuit querens quē deuoret.
Dicatur ꝑ totā. xl. sup eb
dom. cap. ℣. & añ. pō. ps.
Nūc dimittis. Oro. De⁹
qui illuminas.. vel oratio
Illumia quesum⁹.. super
ps. Dn̄e exaudi orōnem
Benedictionē Oro. ij.
tuam dn̄e famuli tui
accipiant qua corpore sal
uati ac mente & gratā ti-
bi exhibeāt seruitutem &
ꝓpitiatiōis tue beneficia
semꝑ inueniāt. Per xp̄m
Feriā. iij. ℣. Dicet domino;
Ecce pre Lcō prima.
cipio tibi cōfortare
& esto robustus. Noli me
tuere & noli timere: quo-
niā tecū est dn̄s deus tu
us in oibus ad quecunqȝ
perrexeris. precepitqȝ iosue
principibus populi dicēs
Trāsite per mediū castro
rum & imperate populo
ac dicite. Preparate vo
bis cibaria: qm̄ post diē
tertiū trāsibitis iordanē
& intrabitis ad possiden
dā terrā quā dn̄s de⁹ no

ster datur⁹ ē nobis. L. ij.

Rubenitis q̄ꝫ ⁊ gadditis ⁊ dimidie tribu manasse ait Mementote sermonis quē p̄cepit vobis moises famulus dn̄i dicens dn̄s de⁹ vester dedit vobis requiē ⁊ oēm terrā vxores vestre ⁊ filij vestri ac iumenta manebunt in terra quam tradidit vobis moyses trans iordanē. Uos aūt transite armati ante fratres vestros omēs fortes manu ⁊ pugnate ꝓ eis donec det requiē dn̄s fratribus vestris sicut ⁊ vobis dedit ⁊ possideāt ipe quoqꝫ terrā quā dn̄s de⁹ vester datur⁹ est eis: ⁊ sic reuertimini in terrā possessioīs vestre ⁊ habitabitis i ea quā vobis dedit moyses famulus dn̄i trās iordanē cōtra solis ortū. L. iij.

Respōderuntqꝫ ad iosue atqꝫ dixerunt. oīa que p̄cepisti nobis faciemus ⁊ quocūqꝫ miseris ibimus. Sicut obediuimus in cūctis moysi: ita obediem⁹ ⁊ tibi: tantum sit dn̄s deus tecū sicut fuit in moyse: qui cōtradixerit ori tuo: ⁊ nō obedierit cūctis sermonib⁹ quos p̄ceperis ei moriatur. Tu aūt confortare ⁊ viriliter age. Ad bene d: añ. Dom⁹ mea dom⁹ orationis vocabit.

Oro.

Respice dn̄e familiā tuā ⁊ p̄sta vt apud te mēs nostra tuo desiderio fulgeat que se carnis maceratiōe castigat. Per dn̄m. Ad vespas ca. Abscōdite. ℣. Angelis suis Ad mag. añ. Osanna filio dauid bn̄dictus qui venit i nomine dn̄i. Oratio

Ab oībus nos quesumus dn̄e peccatis ꝓpiciatus absolue: vt p̄cepta venia peccatoꝝ liberis tibi mentib⁹ seruiamus. Per dn̄m. Feria quarta ℣. Dicet domino. Lcō pria.

Misit igit̄ iosue filius nū de sethim duos viros exploratores in abscondite: ⁊ dixit eis. Ite ⁊ cōsiderate terrā vrbem qꝫ ihericho. Qui pergen-

tes ingressi sunt domum mulieris meretricis noīe raab. ⁊ quieuerunt apud eā. Nūciatūq; est regi hiericho ⁊ dictū Ecce viri ingressi sunt huc per noctē de filijs israel vt explorēt terram. Lectio secunda

Misitq; rex hiericho. ad raab meretricē dicens educ viros q̄ venerūt ad te: ⁊ ingressi sūt domū tuā. Exploratores quippe sunt ⁊ oēm terram cōsiderare venerunt: Tollensq; mulier viros abscōdit ⁊ ait. Fateor venerūt ad me sed nesciebā vnde essent. Cūq; porta clauderetur in tenebris ⁊ illi pariter exierūt nescio quo abierūt Persequimini cito ⁊ cōprehendetis eos. Ipsa aūt fecit ascēdere viros in solariū dom⁹ sue. operuitq; eos stipula lini que ibi erat. Lectio tertia.

Hi aūt qui missi fuerāt secuti sunt eos p viā que ducit ad vadū iordanis: illisq; egressis statim porta clausa est. Nec dum obdormierāt qui latebāt ⁊ ecce mulier ascendit ad eos ⁊ ait. Noui q̄ dominus tradiderit vobis terram. Et enim irruit ī nos terror vester ⁊ elanguerūt omnes habitatores terre. Audiuim⁹ q̄ siccauerit dn̄s aquas maris rubri ad vestrū introitū quando egressi estis ex egipto. ⁊ que feceritis duobus amorreoꝝ regibus q̄ erāt trans iordanē. seon ⁊ og quos interfecistis. Ad benedic. aīa. Generatō hec praua ⁊ peruersa signū q̄rit ⁊ signum nō dabit' ei nisi signū ione pphete

Preces nr̄as que Orō sumus dn̄e clemēter exaudi ⁊ cōtra cuncta nobis aduersantia dexteram tue maiestatis extende. Per. Ad ix̄s. aīa. Sicut fuit ionas in vētre cethi trib⁹ diebus ⁊ trib⁹ noctib⁹ ita erit filius hominis in corde terre.

Precib⁹ nr̄is que Orō sumus domine aurē tue pietatis accomoda ⁊ orationes supplicū occultoꝝ cognitor benign⁹ ex

audi: vt te largiente ad vitam perueniant sempiternam. Per dominum. Feria quinta. Lectio prima.

Et hoc audientes pertimuimus ꝛ elanguit cor nostrū: nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Dominus enim deus vester ipse est deus in celo sursum ꝛ in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per dominū ut quomodo ego misericordiā feci vobiscū ita vt vos faciatis cū domo patris mei: detisq̄ mihi verum signū vt saluetis patrem meum ꝛ matrē fratres ac sorores meas. ꝛ omnia que illorum sūt ꝛ eruatis animas nostras a morte. Lcō scda.

Qui responderunt ei anima nostra sit pro vobis in mortem: si tamē non prodideris nos. Cū q̄ tradiderit nobis dominus terram: faciemus in te misericordiam ꝛ veritatem. Demisit ergo eos per funē de fenestra. Domus enim eius herebat muro. Dixit ad eos. Ad montana conscendite ne forte occurrant vobis reuertentes: ibiq̄ latitate tribus diebus: donec redeant ꝛ sic ibitis per viā vestram. Lectio tertia

Qui dixerunt ad eam innoxij erimus a iuramento hoc quo adiurasti nos: si ingredientibus nobis terram signum nō fuerit funniculus iste coccineus ꝛ ligaueris eum ī fenestra per quam demisisti nos ꝛ patrem tuum ac matrē fratresq̄ ꝛ omnem cognationem tuā congregaueris in domū tuam. Ad benedict᷒. aña

Tempore accepto exaudiui te ꝛ in die salutis adiuui te. Oro

Deuotionem populi tui quesumus domine benignus intende. vt qui per abstinentiam macerantur in corpe per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominum nostrum ihesum cristum filium tuum. Qui t.

Ad vesperas añ. Per arma iusticie virtutis dei cōmendemus nosmetipos in multa pacientia. Oratio.

Presta populo tuo que sumus dñe cōsolationis auxiliū: et diuturnis calamitatibus laborātem propicius respirare concede. Per dñm. Scdm iohēm

In illo tpe. Erat dies festus iudeorum et ascendit ihesus iherosolimis. Est aūt iherosolimis sup probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida quinqꝫ porticus hñs Et rel. Omelia venerabilis bede. Lectio prima

Duo pariter miracula humane sanationis hodierna nobis scti euāgelij lectio tradit: vnū inuisibiliter per angelicā amministrationē. Alteruz per dñicam pñtiam visibiliter exhibitū Sed vtriusqꝫ nobis sunt breuiter exponenda misteria ne prolixa lectionis quoqꝫ explanatio cuiqꝫ forte grauis existat. Lectio secunda

Probatica piscina que quinqꝫ porticibus cingebatur populus est iudeorum legis vndiqꝫ custodia ne peccare debeat munitus. Recte et enī lex que quinqꝫ libris moysi descripta est quinario numero figuratur. Lectio tertia

Recte ppl's quidē quibusdā mundiciā vite seruare in quibusdā vero solebat immūdorum spirituū tēptamentis agitari per aquā signatur piscine. que nunc placida ventis stare nūc eis irruentibus turbari cōsuerat. Et piscina bene eadē. Probatica quippe grece oues dicuntur. Ad bened. añ. Angelus dñi descendebat de celo mouebatur aqua et sanabatur vnus:

Adesto dñe propiciusplebi tue et quam tibi facis esse deuotā benigno refoue miseratus auxilio. Per dñz. Ad vesperas añ. Ecce sanus factus es iam noli peccare ne deterius aliqd tibi cōtigat. Oro Quesumus omps deus

vt qui nostris fatigamur offensis: ⁊ merito nostre iniquitatis affligimur pietatis tue graciā cōsequi mereamur. Per dominū.

Sabbato secundum matheum

In illo tēpe. Assumpsit ihūs petrū ⁊ iacobū ⁊ iohannē fratrē eius: ⁊ ducit illos in mōtē excelsum seorsum. Et trāsfiguratus est ante eos. Et re.

Omel. vene. bede. Lec. i.

Ostensurus dn̄s gloriam suā discipulis in mōtem illos ducit excelsum. vt doceat omēs qui hāc videre desiderāt non in infimis iacere volupta tibus. nō illecebris seruire carnalibus: nō cupiditatibus adherescere terrenis sed eternorū amore ad superna erigi angelice mūdicie. pietatis. pacis dilectionis ⁊ iusticie. vitā q̄ntum mortalibus possibile est semꝑ imitari debere: iuxta eum qui dixit. Nostra aūt cōuersatio in celis est: vnde etiā saluatorem expectam⁹ ihm̄ cristum dn̄m nostrū. L. ij.

Ostensurus gloriā sue maiestatis in montem discipulos ducit: vt discāt ipi discāt om̄s qui hanc videre sitiunt: non eā sibi in hui⁹ seculi ꝓfundo: sed in regno supne btitudinis esse querendam. Et bene cū diceret q2 ducit illos in montē excelsū

Addidit seorsum L. iij

q2 iusti ⁊ nūc cū prauorū vicini a premūtur animo tn̄ sunt toto atq3 intentione fidei separati ab illis: ⁊ in futuro funditus seorsum adducūtur ab eis cū abscondet eos in abdito vultus sui a cōturbatione hoīm ꝓteget eos in tabernaculo suo a cōtradictione linguarū. Ad benedc. an. Assumpsit ihūs discipulos suos ⁊ ascendit in mōtē ⁊ transfiguratus est an̄ eos

Oro.

Populū tuum quesum⁹ dn̄e ꝓpiti⁹ respice: atq3 ab eo flagella tue iracūdie clementer auerte. Per dn̄m. Ad vesperas capl̄m. Hortamur.

M

vos. ℣. Angelis suis. Ad mag. añ. Resplenduit facies eius sicut sol vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Oro

Exaudi dñe pplm tuum tota tibi mente subiectū vt corpe ⁊ mēte ꝓtect⁹ pie credit tua gratia cōsequat. P. Ad cōpl ymnus. Jhesu saluator. Caplm. Tu aūt in nobis. ℟. In pace in id ipm. Dñica scda in .xl. Inuitatorium

Quoniā deus magnus dominus ⁊ rex magnus super oīs deos. Ps. Venite exulte. Nocturnu dicit. ps. Beatus vir. ℣. Dicet dño.

Lectio prima.

Circulus quippe ꝑceptorum dei: modo sursum modo deorsum est. Que perfectioribus specialiter dicuntur: infirmis iuxta litteraz congruunt Ipa que paruuli iuxta litteram intelligunt: docti viri per specialem intelligentiam in altum ducūt Quis namqꝫ paruulorūz in facto esau ⁊ iacob. quo alter ad venatum mittit vt benedicatur. Alter vero per suppositionem matris a patre benedicitur. nisi iuxta sacre lectionis hystoriā pascitur. ℟. Tolle arma tua pharetram et arcū ⁊ affer de venatione tua vt comedam. Et benedicat tibi anima mea. ℣. Cumqꝫ venatu aliquid attuleris fac michi inde pulmentum vt comedam. Et.

Lectio secunda.

In qua videlicet hystoria si ad intellectū paulo subtilius astringatur videt quia iacob primogeniti benedictionē non per fraudem subripuit: sꝫ vt sibi debitam accepit. quam concedente fratre date lentis mercede emerat. At vero si quis altius sentiens vtrorumqꝫ facta velit per allegorie arcana discutere: protinus ab hystoria in misterium surgit. ℟. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. quem benedixit dominus crescere te faciat deus meus. Et donet tibi de rore celi benedictionem. ℣. Deus autem omnipotens be-

nedicat tibi atq3 multiplicet. Et donet tibi de rore celi bene dictionem. Lectio tertia.

Quid est enim qd̄ ysa ac d̄ maioris filij sui venatione besti concupis cit nisi quod omnipotēs deus iudaici populi bōa operatione pasci deside rauit sed illo tardāte mi norem rebecca subposuit Quia dum iudaicus po pulus bona opera foris querit gentilem populuz matri gratia instruxit: vt omnipotenti patri cibuz boni operis offerret bene dictionez maioris fratris acciperet. ℟. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine ter re abundantiam seruiant tibi tribus populi. Esto dominus fratrum tuorum. ℣. Et incur uentur ante te filii matris tue Esto dominus fratrum tuorū

In secundo nocturno. ℣. Ip se liberauit. Lcō quarta

Qui eosdem cibos ex domesticis anima libus prebuit: qui genti lis populus placere deo de exterioribus sacrifici is non querens per vocē prophecie dicit. In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes ti bi. Quid est quod isdem iacob manus ac brachia ⁊ collum hedinis pellibꝫ texit nisi quod hedus ꝓ peccato offerri consueuit Et gentilis populus car nis q̇dē in se peccata ma ctauit: sed coopertum se peccatis carnalibus non erubuit. ℟. Dum exiret ia cob de terra sua vidit gloriam dei ⁊ ait quam terribilis est lo cus iste. Non est hic alius nisi domus dei ⁊ porta celi. ℣. Ue re dominus est in loco isto et ego nesciebam. Non est hic ali us nisi domꝰ dei ⁊ porta celi.

Lectio quinta.

Quid est quod vesti mentis fratris ma ioris induitur nisi quod sacre scripture preceptis que maiori populo data fuerant in bona operati one vestitꝰ est: Et eis mi nor i domo vitis. que ma ior foras exiēs intꝰ reliq̄t q: illa gentilis populus.

precepta tenet in mente: que iudaicus pplus habere nō potuit dum solū ab eis litterā attēdit. ℟. Si dn̄s meus fuerit mecum ī via ista per quā ego ambulo ⁊ custodierit me ⁊ dederit mihi panem ad edendum ⁊ vestimētū quo operiar ⁊ reuocauerit me cum salute: Erit michi dn̄s in refugium ⁊ lapis iste in signuz ℣. Surgens ergo mane iacob tulit lapidem quem supposuerat capiti suo ⁊ erexit in titulum fundensqꝫ oleum desuper ait. Erit mihi. Lectio sexta.

Si dixerit vei nobiscū insidiemur sangui ascōdamꝰ tēdiculas cōtra insontē frustra: deglutiamꝰ eū sicut infernꝰ viuentē ꝛ integrū qsi descēdentē in lacuꝫ: oēm pciosam substātiā reperiemꝰ. implebimꝰ domos nr̄as spoliis sorte mitte nobiscum. marsubiū sit vnū oiꝫ nrꝫ filimi ne ābules cū eis ꝓhibe pedē tuū a semittis eoꝝ. ℞. In principio deꝰ antequā terrā faceret priusqꝫ abyssos cōstitueret priusqꝫ pduceret fontes aqrū antequā mōtes collocaret. Añ oēs colles gñauit

me dñs. ℣. Quãdo pparabat celos aderã cũ eo cũcta componens. Ante omnes. Lcõ. v

Pedes eorũ illorũ ad malũ currũt: et festinant vt effundãt sanguinem. Frustra aũt iacit rethe añ oculos pẽnatorũ. Ipi q̃ꝫ cõtra sanguinẽ suũ insidiant: et moliũtur fraudes cõtra aĩas suas. ℟. Prebe fili cor tuũ mihi et oculi tui vias meas custodiãt. Ut addat gratia capiti tuo. ℣. Attende fili mi sapientiã meã et ad eloquia oris mei inclina aures tuam. Ut addatur. Lcõ sexta.

Sic semitte omnis avari: aĩmas possidentiũ rapiũt. Sapiẽtia foris pdicat in plateis dat vocẽ suã in capite turbarũ clamitat: in foribꝰ portarũ vrbis pfert verba sua dicens. Usquequo parvuli diligitis infantiã et stulti ea que sibi sunt noxia cupient et iprudẽtes odibũt scientiã. ℟. Verbũ iniquum et dolosũ lõge fac a me dñe divitias et paupertates ne dederis mihi. Sed tantũ victui meo tribue necessaria. ℣. Duo rogaui te ne deneges michi anteq̃ moriar vanitatẽ et verba mendaci lõge fac a me. Sꝫ. L. vij

Conuertimini ad correptionẽ meã. En pferam vobis spm meũ et oñdã vobis verba mea qꝛ vocaui et rẽnuistis extende manũ meã et nõ fuit qui aspiceret. ℟. Sup salutem et omnes pulchritudinẽ dilexi sapientiã et pposui p luce habere illam. Venerũt mihi omnia bona pariter cum illa. ℣. Nõ cõparaui omnẽ lapidẽ pciosum om̃ inextinguibile est lumen illiꝰ. Venerũt. L. viij

Despexistis omne cõsiliũ meũ: increpationes meas neglexistis. Ego quoq̃ꝫ in interitu vestro ridebo et subsannabo cũ vobis id qđ timebatis aduenerit. ℟. Da mihi dñe sediũ tuarũ assistricem sapientiã et noli me reprobare a pueris tuis. Q. ñ seruus tuus sum ego et filius ancille tue. ℣. Mitte illũ a sede magnitudis tue vt mecũ sit et mecũ laborat. Quoniam seruus. Lcõ. ix.

Cum irruerit repētina calamitas τ interitus quasi tēpestas ingruerit: quādo venerit super vos tribulatio τ angustia. tūc inuocabūt me τ nō exaudiā: mane cōsurgent τ nō inuenient me eo q̄ exosam habuerint disciplinā τ timorem dn̄i nō susceperit nec acquieuerint consilio meo. τ detraxerit vniuerse correptioni mee. ℟ Emitte dn̄e sapientiā d̄ sede magnitudinis tue. Ut mecū sit et mecum laboret vt sciā quid acceptum sit corā te omni tēpore. ℣. Da mihi dn̄e sedium tuarum assistricem sapientiā. Ut. ps. Te deū. ℣. Exultabunt sancti. In laud. aā. Allā alleluia. Capl'm. Bn̄dictio τ claritas. ℣. Dn̄s regnauit. Ad bened. aña. Nō potest arbor bona fructus malos facere neq; arbor mala fruct⁹ bonos facere. Oratio.

Largire nobis domine quesum⁹ semp spiritū cogitandi que recta sunt ꝓpicius τ agendi: vt qui sine te esse nō possum⁹ secundū te viuere valeam⁹. Per dn̄m. Ad vesperas. capl'm. Bn̄dict⁹ deus. ℣. Dirigatur dn̄e. Ad mag. aā. Nō omnis qui dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit in regnū celorum sed qui facit voluntatē patris mei qui in celis est ipe intrabit in regnū celorum allā. Añe sequētes dicant sup ebdo. in ad bened. τ p⁹ ipam añe feriales. aña. Quicūq; spiritu dei aguntur hii filii sunt dei allā. Oro. Orat dn̄e. Añe sequētes de sapientia dicātur ad mag: sup ebdo. A pria dn̄ica augusti vsq; ad primā dn̄icam septēbris. Aña. Obserua fili mi ꝓcepta patris τ ne dimittas legem matris tue liga eam in corde tuo iugiter. aña. Fili a iuuentute tua accipe doctrinā τ vsq; ad canos inuenies sapientiā. aā. Ego in altissimis habitaui τ thronus meus ī columna nubis. aña. Sapientia edificauit sibi domū; scidit columnas septe; subdidit sibi cētes superborū τ sublimiū collā ꝓpria virtute calcauit. aña. Omnis sapientia a dn̄o deo ē

et cū illo fuit semp ꝛ est ante e
uum. añ. Sapientia clamitat
in plateis si quis diligit sapiē
tiam ad me declinet ꝛ eā inue-
niet et eā cum innouerit beat⁹
est si tenuerit eā. añ. Dñs pos
sidet me inicio viarū suarū an
teꝙ̄ quicꝙ̄ facent a principio
nec dum erūt abissi et ego par
turiebar quādo p̄parabat ce-
los aderā cū eo cāparens om
nia. añ. Attinget aūt sapiētia
vbiqꝫ ꝓpter suā mundiciaꝫ et
nihil inquinatū in illā incurrit
cādoꝛ est em̄ lucis eterne ꝛ spe
culum sine macula. Feria .ij.

Comedēt igitur L. i.
fructus vie sue: suisqꝫ
consilijs saturabūtur. A-
uersio paruuloꝝ iterficiet
cos ꝛ ꝓsperitas stultoꝛū
ꝑdet eos. Qui aūt me au
dierit absqꝫ terroꝛe requi
escet ꝛ abundātia ꝑfruet
timoꝛe maloꝝ sublato. R.
Magna em̄ sunt iudicia tua
dñe ꝛ inenarrabilia verba tua
magnificasti populū tuuꝫ. Et
honoꝛasti. V. Trāstulisti illos
per mare rubꝛum et trāsuexisti
eos per aquā nimiam. Et ho.
Lectio secunda

Fili mi si susceperis ser
mones meos ꝛ man
data mea abscōderis pe-
nes te: vt audiat sapien-
tiā auris tua: inclina coꝛ
tuū ad cognoscendā pru
dentiā. R. Ne derelinquas
me domie pater ꝛ dñatoꝛ vite
mee vt nō coꝛruaꝫ in cōspectu
aduersarioꝛuꝫ meoꝛū. Ne gau
deat de me inimicus meus. V.
Apprehende arma ꝛ scutū et
exurge in adiutoꝛiuꝫ mihi. Ne
gaudeat. Lectio tertia.

Si em̄ sapientiā inuo-
caueris ꝛ inclinaue-
ris coꝛ tuuꝫ prudentie: si
quesieris eā quasi pecuni
am ꝛ sicut thesauros effo
deris illaꝫ: tūc intelliges
timoꝛē dñi ꝛ scientiā dei
inuenies. qꝛ dñs dat sapi
entiā ꝛ ex oꝛe ei⁹ pruden
tia ꝛ scia. R. Dñe pater ꝛ d
us vite mee ne derelinquas me
in cogitatu maligno extollenti
am oculoꝛū meoꝛū ne dederis
mihi ꝛ desideriū malignū auer
te a me dñe. Au ferte a me con
cupiscentiā ꝛ aio irreuerēti: et
infirmito me tradas me dñe. V.
Ne derelinquas me dñe ne ac-

crescat ignorātie mee ꝛ multi-plicētur delicta mea. Aufer a.

Custodi feria.iij. L.i

Et rectoꝝ salutē ꝛ ꝓteget gradiētes simpliciter seruās semitas iusticie ꝛ vias sctōꝝ custodiens. Tūc intelliges iusticiā ꝛ iudiciū ꝛ equitatē ꝛ oēm semittā bonā. ℟. Girū celi circuiui sola ꝛ in fluctibus maris ābulaui in oī gēte ꝛ in omi populo pⁱmatū tenui. Superboꝝ et sublimiū colla ꝓpria virtute calcaui. ℣. Ego in altissimis habitaui et thron⁹ meus in colūna nubis Superborum. Lectio scd'a.

Si intrauerit sapientia coꝛ tuū: ꝛ scia aie tue placuerit cōsiliū custodiet te: ꝛ prudētia seruabit te vt eruaris a via mala: ꝛ ab hoīe qui ꝑuersa loquitur. Qui relinquūt iter rectum ꝛ ābulant ꝑ vias tenebrosas. ℟. Initium sapiētie timor dn̄i intellectus bon⁹ omnibus facientibus eū. Laudatio eius manet in seculū seculi. ℣. Dilectio illi⁹ custodia legū est qꝛ omnis sapientia timor dn̄i. Intellectus. L.iij.

Qui letanē cū male fecerint ꝛ exultāt i rebus pessimis: quoꝝ vie ꝑuerse sunt ꝛ infames gressus eoꝝ. Ut eruaris a muliere aliena ꝛ ab extranea que mollit sermones suos. ꝛ relinquit ducē pubertatis sue ꝛ pacti dei sui oblita est. ℟. Audi fili mi.

Inclinata feria.iiij. L.i.

Est eīm ad mortem domus ei⁹. ꝛ ad inferos semitte ipius. Oīs qui ingrediūtur ad eā nō reuertanē: nec appⁱhendent semittas vite. vt ambules in via bona: ꝛ calles iustoꝝ custodias. Lcō.ij

Qui eīm recti sunt habitabūt in terra ꝛ simplices ꝑmanebunt in ea. Impij vero de terra ꝑdētur. ꝛ qui inique agūt auferenē ex ea. Fili mi ne obliuiscaris legis mee ꝛ ꝓcepta mea coꝛ tuū custodiat. L.iij.

Longitudinē eīm dieꝝ ꝛ annos vite ꝛ pacē apponēt tibi: ia ꝛ vitas nō deferan

Circũda eas gutturi tuo
τ describe in tabulis cor
dis tui: τ inuenies grati
am τ disciplinã bonã co
rã deo τ hoĩbus. Feria .v

Habe fiduciam L.i.
in dño ex toto corde
tuo τ ne innitaris prudẽ
tie tue. In oĩbus vijs tu
is cogita illum: τ ipe diri
get gressus tuos. Ne sis
sapiens apud temetipsũ:

Time deũ τ rece L.ij
de a malo. Sanitas
quippe erit vmbilico tuo
τ irrigatio ossiũ tuoꝝ ho
nora dñm de tua substã
tia τ de pmitijs oim fru
gum tuaꝝ da pauperibꝰ
τ implebũtur horrea tua
saturitate τ vino torcula
ria redundabũt. Lcõ .iij.

Disciplinã dñi fili mi
ne abijcias: nec de
ficias cuꝫ ab eo corripue
ris. Quẽ diligit eñi domi
nus corripit τ quasi pr̃ in
filio cõplacet sibi. Feria

Beatus homo vi. L.i.
qui inuenit sapienti
am τ qui affluit pruden
tia. Melior est acquisitio
eius negotiatione auri τ
argenti primi τ purissimi
fructus eius. Lcõ scda

Preciosior est cũctis o
peribus sapientia: τ
oĩa que desiderãtur huic
nõ valent cõparari. Lon
gitudo dieꝝ in dextera ei
us τ in sinistra illiꝰ diui
cie τ glĩa. vie eiꝰ vie pul
chre. oĩs semitte eiꝰ pa
cifice.

Lignũ vi L.iij.
te est his qui apphen
derint eã τ qui tenuerint
eã beati. Dñs sapiẽtia fũ
dauit terraꝫ. stabiliuit ce
lum prudentia. Sapiẽtia
illiꝰ erupeñt abyssi: τ nu
bes rore concrescunt. Cu

Sabbato. Lectio prima.

Fili mi ne effluãt hec
ab oculis tuis. Custo
di legẽ meã atqꝫ consiliũ
meũ: τ erit vita aie tue: τ
gracia faucibꝰ tuis. Tũc
ambulabis fiducialiter i
via tua τ pes tuꝰ nõ im
pinget. Lectio scda.

Si dormieris nõ time
bis: quiesces τ suauis
erit somnꝰ tuꝰ. Ne paucas
repentino terrore: τ irruẽ

tes tibi potẽtias impioꝝ dñs em̃ erit in latere tuo ꝛ custodiet pedem tuum ne capiaris. Lcõ tertia

Noli ꝓhibere beneface re eũ qui potest si va les ꝛ ipse benefac. Ne di cas amico tuo vade ꝛ re uertere ꝛ cras dabo tibi: cũ stati possis dare. ne mo liaris amico tuo malum cũ ille i te habeat fiduciã

Dñica. x. post penthe. In cipit. Liber ecclesiastes. I. i.

Uerba ecclesiastes filij dauid regis ihꝛl'm. Uanitas vanitatũ dixit ecclesiastes. vanitas va nitatũ ꝛ oĩa vanitas. q̃d habet ampli⁹ hõ de vni uerso labore suo quo la borat sub sole. ℟ Audi is li mi: Lectio secunda

Generatio ꝑterit: ꝛ ge neratio aduenit ter ra aũt in eternũ stat. Orit sol ꝛ occidit ꝛ ad locũ su um reuertitur ibiq; renas cens gyrat ꝑ meridiez: ꝛ flectit ad aquilonem. Lu strans vniuersa incircui tu pergit spũs: ꝛ in circu los suos reuertitur. L. iij

Oĩa flumina intrãt in mare: ꝛ mare nõ redundat: Ad locũ vnde exeũt flumina reuertũtur vt iterũ fluãt. Cuncte res difficiles non potest eas homo explicare sermone Non saturat oculus visu nec auris auditu implet. Quid est qd̃ fuit: Ipꝫ qd̃ futurũ est. Quid est qd̃ fac tũ est: Ipm qd̃ faciẽdũ ẽ

Nihil sub sole Lcõ. iiij nouũ nec valet quis quã dicere: ecce hoc recẽs est. Iã em̃ ꝑcessit in secu lis que fuerunt ante nos Nõ est prioꝝ memoria: sꝫ nec eoꝝ quidẽ que postea futura sũt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Lcõ quita.

Ego eccl'iastes fui rex israel in ihꝛl'm: ꝛ pre posui in aĩo meo querere ꝛ inuestigare sapiẽter de omibus que fiũt sub sole hanc occupationem pessi mã dedit de⁹ filijs hoim vt occuparent in ea.

Uidi que fiunt L. vi.

cūct' sub sole: ⁊ ecce vni
uersa vanitas ⁊ afflictio
spūs. peruersi difficile cor
rigūtur: ⁊ stultoꝝ infinit'
est numer'. Lectio. septia

Locutus sum in corde
meo dicēs. Ecce ma-
gnus effect' sum: ⁊ p̄cces-
siones sapiētia qui fuerūt
ante me in ihrl'm ⁊ mens
mea cōtemplata est mul-
ta sapiēter: ⁊ didici: dedi
q; cor meū vt scirē prudē
tiā atq; doctrinā: errores-
q; ⁊ stulticiā. Lcō. viij

Et agnoui q̄ i his q;
esset labor ⁊ afflictō
spū eo q̄ in multa sapien
tia sit indignatio ⁊ q̄ ad-
dit sciam: addit ⁊ laborē
Dixi ergo in corde meo.
Uadā ⁊ affluā delitijs ⁊
fruar bonis. Lcō. nona

Et vidi q̄ hoc q; esset
vanitas. Risuz repu
taui errorē ⁊ gaudio dixi
quid frustra deciperis. Co
gitaui in corde meo ab-
strahere a vino carnē me
am: vt animū meū trans
ferrem ad sapientiā deui-
taremq; stulticiaz: donec
viderem quid esset vtile
filijs hoīz quo facto op'
est sub sole numero vite
sue. Ps. Te deum. ℣. Exul-
tabunt sancti. Ca. lm. Bn̄-
dictio ⁊ claritas. ℣. Dn̄s
regnauit. Ad bened. aña.
Dixit dn̄s villico quid hoc au
dio de te redde rationē villica
tionis tue allā. Ps. Bened.
Oratio

Pateant aures miseri
cordie tue dn̄e preci-
bus supplicantiū ⁊ vt pe
tentibus desiderata cōce
das fac eos que tibi sunt
placita postulare. Per. d.
Ad vesperas ca. lm. Bn̄
dictus de'. ℣. Dirigatur do
mine. Ad mag. aña. Facite
vobis amicos de mām̄ona ini
quitatis vt cum defeceritis re
cipiant vos in eterna taberna
cula. Ps. Magnificat aia.
Oratio. Oriatur domine.
Feria secūda. Lcō. prima.

Magnificaui opa mea
edificaui michi do-
mos ⁊ plātaui vineas fe
ci ortos ⁊ pomeria et cō-
seui ea cūcti genis arbori
b' ⁊ extruxi mihi piscinas

aquarum vt irrigarem siluam lignorum germinantium.

Lectio secunda

Possedi seruos et ancillas multamque familiam habui. armenta quoque et magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in iherusalem. Tu autem domine.

Lectio tertia.

Coacerbaui michi argentum et aurum et substantias regum et prouinciarum. Feci mihi cantores et cantrices et delicias filiorum hominum cyphos et vrceolos in misterio ad vina fundenda et supgressus sum omnes opibus qui ante me fuerunt in iherusalem. Tu.

Feria tertia. Lectio prima.

Sapientia quoque perseuerauit mecum et omnia que desiderauerunt oculi mei non negaui eis. nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur: et oblectaret se in his que preparaueram et hanc ratus sum. L. ij.

Apartem meam si vterer labore meo. Cumque me conuertissem ad vniuersa opera que fecerant manus mee et ad labores quibus frustra sudaueram vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi: et nihil permanere sub sole. Lec iii.

Transiui ad contemplandam sapientiam erroresque et stulticiam. Quid est inquam homo vt sequi possit regem factorem suum. Feria quarta. Lectio i.

Et vidi quod tantum precederet sapientia stulticiam quantum differt lux a tenebris. Sapientis oculi in capita eius: stultus in tenebris ambulat. Tu autem.

Lectio secunda

Et didici quod vnus vtriusque esset interitus et dixi in corde meo Si vnus et stulti et meus occasus erit: quid mihi prodest quod maiorem sapientie dedi operam. Lectio tertia.

Locutusque cum mente mea animaduerti quod hoc quoque esset vanitas. Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum et futura opera obliuio

in cūcta pariter operient
Feria quinta. Lcō prima
Moritur doct⁹ simili-ter vt indoct⁹ ꝛ idcirco teduit me vite mee: videntē mala esse vniuersa sub sole: ꝛ cūctā vanitatem ꝛ afflictionem spūs.
Rursus detestat⁹ L.ij sum omnē industriā meaꝫ q̄ sub sole studiosissime laboraui habitaturus heredē post me queꝫ ignoro vtrū sapiens: an stultus futur⁹ sit ꝛ dñabitur in laborib⁹ meis quibus desudaui ꝛ sollicit⁹ et est quic L.iij. fui quā tā vanū vñ cessaui: renūciauitꝙ cor meum vltra laborare sub sole. Nā cū alius laboret in sciencia ꝛ doctrina ꝛ sollicitudine homini ocioso quesita dimittit. Et hoc quoꝙ vanitas ꝛ magnū malū. Feria. vi. L. prima
Quid enim pderit hoī de vniuerso labore suo ꝛ afflictione spiritus q̄ sub sole cruciat⁹ est. Cuncti dies eius L.ij doloꝛib⁹ ꝛ erūnis pleni sunt: nec p noctem mente requiescit. Et hoc nonne vanitas est. Lcō tertia
Nōne melius est comedere ꝛ bibere ꝛ ostēdere aīme sue bona de laboribus suis: ꝛ hoc d̄ manu dei est? Quis ita duorabit ꝛ delitijs affluet vt ego. Sabbato. L. prima
Homini bono in conspectu suo dedit de⁹ sapientiā ꝛ scientiā ꝛ leticiā peccatoꝛi aūt dedit afflictionē ꝛ curā supfluam: vt addat ꝛ cōgreget ꝛ tradat ei q̄ placuit deo Sed ꝛ hoc vanitas est ꝛ cassa sollicitudo mentis
Omnia tpus ha L.ij bent ꝛ suis spacijs transeūt vniuersa sub celo. Tpus nascēdi ꝛ tpus moriendi. Lcō tertia.
Tēpus plantādi: ꝛ tēpus euellēdi: qd̄ plātatū est. Tēpus occidendi ꝛ tēpus sanādi. Tempus destruēdi ꝛ tps edificandi. Tpus flendi ꝛ tēpus ridendi. Dñica. xi.

post penthe. Incipiūt cā
tica canticoꝝ. Lcō prima.

Osculetur me osculo oris
sui. Quia meliora sunt
vbera tua vino: fragrātia
vnguētis optimis. Oleū
effusum nomē tuū: ideo a
dolescētule dilexerunt te.
Trahe me post te. Rx. Au-
di fili mi. Lectio secunda.

Curremus in odore vn
guentoꝝ tuoꝝ. In
troduxit me rex ī cellaria
sua. Exultabim⁹ ꝛ letabi
mur in te. memores vbe-
rum tuoꝝ sup vinū. Rec-
ti diligunt te. Lcō tertia.

Nigra sum sed formosa
filie ihrl'm sicut taber
nacula cedar: sicut pelles
salomonis. Nolite me cō
siderare ꝙ fusta sim: quia
decolorauit me sol. L. iiij

Filij matris mee pug-
nauerūt cōtra me po
suerūt me custodē vineis
Vineā meā non custodi
ui. Indica mihi quē dili-
git aīa mea: vbi pascas
vbi cubes in meridie: ne
vagari incipiaz post gre-
ges sodaliū tuoꝝ. Lc. v.

Si ignoras te o pulch-
errima inter mulieres
egredere ꝛ abi post vesti
gia gregū tuoꝝ: ꝛ pasche
hedos tuos iuxta taber-
nacula pastoꝝ. Lcō sexta

Equitatui meo in cur
ribus pharaonis as
similaui te amica mea:
Pulchre sunt gene tue si-
cut turturis: collū tuuz si-
cut monilia. Murenulas
aureas faciemus tibi ver
miculatas argento. Tu.

In illo Scdm lucam.
tpe. Cū appropinquarz
ihus ihrl'm. vidēs ciuita
tem fleuit sup illā dicens
Quia si cognouisses et tu
Et quidez in hac die tua
que ad pacē tibi: nūc aūt
abscōdita sunt ab oculis
tuis. Et rel'. Omelia bea-
ti grego. pape. Lcō. vij.

Lectionē breuē sancti
euāgelij: breui si pos-
siz volo sermone trāscur
rere. vt illis in ea plixior
dec' intētio q̄ sciūt ex pau
cis m'lta cogitare. L. viij.

Quod flente dño illa
hierosolimoꝝ sub

uersio describit: que a vespasiano et tyto romanis principibus facta est. nullus qui hystoriam euersionis eiusdem legit ignorat. L. ix

Romani enim principes denunciantur cum dicitur. Quia venient dies in te. et circundabunt te inimici tui vallo: et circundabunt te et coangustabunt te vndique et ad terram prosternent te: et filios tuos qui in te sunt. Ps. Te deum. V. Exultabunt sancti in glo. In laudibus an. Alla alla. Capitulum. Benedictio et claritas. V. Dns regnauit. Ad bened. an. Uidens dns ciuitatem iherusalem fleuit super illam dicens quia si cognouisses et tu que ad pacem tibi sunt nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Oratio.

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas multiplica super nos gratiam tuam vt ad tua promissa currentes celestium bonorum facias esse consortes. Per dnm. Ad vesperas capitulum. Bndictus deus. V. Dirigatur domine. Ad mag. an. Scriptum est enim quia domus mea domus orationis est cunctis gentibus vos autem fecistis illam speluncam latronum et erat quotidie docens in templo. Oro. Oriatur

Feria scda. Lco prima.

Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus mirre dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus michi in vineis engaddi. Tu.

Lectio secunda

Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra: oculi tui sicut columbarum. Et tu pulcher es dilecte mi et decorus. Lectulus noster floridus. tigna domorum nostrarum cedrina: laquearia nostra cupressina. Lectio tertia.

Ego flos campi et lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. sicut malus inter ligna sil-

uar: sic dilectus meus inter filios. Tu autem dñe.

Feria tertia. Lcō prima.

Sub vmbra illius quē desideraueram sedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. introduxit me rex in cellaz vinaria: ordinauit in me caritatem. Tu.

Lectio secūda

Fulcite me florib⁹: stipate me malis: quia amore langueo. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me.

Lectio tertia

Adiuro vos filie ierusalem per capreas ceruosq̧ campoꝝ ne suscitetis neq̧ euigilare faciatis dilectā quoadusq̧ ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montib⁹ trāsiliēs colles

Feria quarta. Lcō prima.

Similis est dilect⁹ meus capree hinnuloq̧ ceruorum. En ipse stat p⁹ parietem nostrum respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos. Tu.

Lectio secunda

En dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea: colūba mea: formosa mea et veni. Jam enim hyems transijt hymber abijt et recessit. Flores apparuerūt in terra nostra: temp⁹ putationis aduenit. Tu au.

Lectio tertia.

Vox turturis audita ē in terra nostra. ficus protulit grossos suos vinee florentes dederunt odorem suum. Tu autem.

Feria quinta. Lcō prima

Surge propera amica mea: speciosa mea et veni: columba mea in foraminibus petre in cauerna macerie. Ostende mihi faciem tuaz sonet vox tua in auribus meis. Tu

Lectio secunda

Vox enim tua dulcis: et facies tua decora Capite nobis vulpes paruulas que demoliuntur vineas. Nam vinea nostra floruit. Tu autē dñe.

Lectio tertia

Dilectus me⁹ mihi ꝛ ego illi: qui pascitur iter lilia: donec aspiret di-es ꝛ inclinētur vmbre. re uertere similis esto dile-cte mi capree hinnuloq; ceruoꝝ sup mōtes bethel

Feria sexta. Lectio prima.

In lectulo meo p noc-tem quesiui quē dili-git aīa mea. Quesiui illuz ꝛ nō inueni. Surgā ꝛ cir cuibo ciuitatē p vicos ꝛ plateas querā quē diligit anima mea. Lco secūda.

Quesiui illū ꝛ nō īue-ni. Inuenerunt me vigiles: qui custodiūt ci-uitatē. Nun quem diligit aīa mea vidistis. Paulu-lum cū ptransissem eos i ueni quē diligit aīa mea.

Tenui euz nec L. iij. dimittā donec intro ducā illū in domū matris mee: ꝛ in cubiculū geitri-cis mee. adiuro vos filie ihrl'm p capreas ceruosq; cāpoꝝ ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectā donec ipa velit. Sabba-to: Lectio prima

Que est ista que ascen dit p desertū sicut vir gula fumi ex aromatibus mirre ꝛ thuris ꝛ vniuersi pulueris pigmētarij. L. ij

In lectulū salomonis sexaginta fortes am-biūt ex fortissimis isrl' om nes tenentes gladios et ad bella doctissimi. L. iij.

Vniuscuiusq; ensis su per femur suū: prop-ter timores nocturnos. fer-culū fecit sibi rex salomon de lignis libani. Colum nas eius fecit argenteas reclinatoriū aureū ascen-sum purpureū media cha ritate cōstrauit pptet fili as ihrl'm. Dnica. xij. post penthe. Initiū libri sapiē tie. Lectio prima.

Diligite iusticiā q iu dicatis terrā. Senti te de domino in bonitate: ꝛ simplicitate cordis que rite illū qm inuenitur ab his qui nō temptāt illū ap paret aūt eis qui fidē ha bent in illuz. ℟. Audi fili.

Peruerse eīz cogi L. ij tationes separant a

deo: pbata aut virt⁹ cor-
ripit insipiētes. Q̄m i ma
liuolā aiam nō introibit
sapientia: nec habitabit i
corpore subdito peccatis
Spūs em̄ sanct⁹ L. iij
disciplinę effugiet fic
tum: ⁊ auferet se a cogita
tionib⁹ que sunt sine itel-
lectu: ⁊ corripieẽ a supue-
niente iniquitate. L. iiij
Benignus est em̄ spiri
tus sapiētię ⁊ non li
berabit maledictū a labi
is suis qm̄ renū illi⁹ testis
est de⁹: ⁊ cordis illi⁹ scru
tator est ver⁹ ⁊ lingue ei-
us auditor. Lectio quita
Quoniā spūs dn̄i re-
pleuit orbē terraruz
⁊ hoc qd̄ cōtinet oia sciē
tiam habet vocis Prop-
ter hoc qui loquiẽ iniqua
nō potest latere nec pteri
et illū corripiēs iudiciuz.
In cogitationib⁹ L. vi
em̄ impij interrogatio
erit: sermonū aūt illi⁹ au-
ditio ad deum veniet: ad
correptionē iniquitatum
illius Q̄m auris zeli au-
dit oia ⁊ tumult⁹ murmu
rationū nō abscondetur.
Custodite ergo L. vij
vos a murmuratiōe
que nihil prodest: ⁊ a de-
tractione parcite lingue.
Q̄m sermo obscuēs in va
cuū nō ibit: os aūt quod
mētiẽ occidit aiā. L. viij
Nolite zelare mortem
in errore vite vestre:
necq̄ acquiratis perditio
nem in opibus manuuz
vestraꝝ. Q̄m de⁹ mortez
nō fecit: nec letaẽ in pdi-
tione viuoꝝ. Lcō nona
Creauit eniz vt essent
oia ⁊ sanabiles fecit
nationes orbis terrarū ⁊
nō est in illis medicamē-
tum ex termini nec infero
rum regnū in terra. Iusti
tia em̄ ppetua est ⁊ imor
talis iniusticia aūt mor-
tis acquisitio. ps Te de-
um. ℣. Exultabūt sancti. In
laud. añ. Allā allā. La. Pm
Bn̄dictio ⁊ claritas. ℣.
Dn̄s regnauit Ad bened.
añ. Deus ppicius esto michi
peccatori. Oratio.
Omps sempiterne de
us qui abundantia

pietatis tue et merita supplicum excedis et vota effunde super nos misericordiam tuam ut dimittas que conscientia metuit et adicias quod oratio non presumit. Per dominum nostrum ihesum christum.

Ad vesperas capitulum. Benedictus deus. ℣. Dirigatur domine. Ad magnificat antiphona. Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Oratio. Quesumus domine.

Feria .ij. Lectio .i.

Impij autem manibus et verbis accersierunt illam et estimantes illam amicam. defluxerunt et sponsiones posuerunt ad illam: quoniam morte digni sunt ex parte illius. Tu autem domine:

Lectio secunda.

Dixerunt enim impij cogitantes apud se non recte. Exiguum et cum tedio est tempus vite nostre et non est refrigerium in fine hominis: et non est qui agnitus sit reversus ab inferis

Lectio tertia

Quia ex nichilo nati sumus: et post hoc erimus tanquam non fuerimus. Quoniam fumus afflatus est in naribus nostris: et sermo scintille ad commovendum cor nostrum. Tu autem domine.

Feria tertia. Lectio prima.

Quia extinctus cinis erit corpus nostrum: et spiritus diffundetur tanquam mollis aer. et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis et sicut nebula dissolvetur. que fugata est a radijs solis: et a calore illius aggravata.

Lectio .ij.

Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus et nemo memoriam habebit operum nostrorum. umbre enim transitus est tempus nostrum: et non est reversio finis nostri: quoniam consignata est et nemo revertitur.

Lectio .iij.

Venite ergo et fruamur bonis que sunt et utamur creatura tanquam in iuventute celeriter. Tu.

Feria .iiij. Lectio .i.

Vino precioso et unguentis nos impleamus et non pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescant nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria

nr̃a. nemo vr̃m expers sit luxurie nostre. Tu autẽ.

Lectio secunda.

Ubiq; relinquam⁹ signa letitie: quoniam hec est pars nostra ⁊ hec est sors nostra. Opprimamus pauperem iustum: ⁊ non parcamus vidue nec veterãs nec reuereamur canos multi tp̃is sit aũt fortitudo nr̃a lex ĩ iusticie. Qđ em̃ infirmũ est inutile inuenitur. Tu au

Lectio tertia.

Circũuenim⁹ ergo iustũ qm̃ inutilis ẽ nobis: ⁊ cõtrari⁹ est opibus nr̃is ⁊ impperat nobis pct̃a legis: ⁊ diffamat in nos pct̃a discipline nr̃e.

Feria quinta. Lcõ prima.

Promittit se scientiaz dei habere: ⁊ filium de se nominat. Factus ẽ nobis intraductionez cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad videndum quoniam dissimilis est alijs vita illius ⁊ immutate sunt vie eius. Tu autem dñe

Lectio secũda

Tanq̃ nugaces estimati sumus ab illo ⁊ abstinet se a vijs nostris tã quã ab immundicijs et prefert nouissima iustorũ ⁊ gloriatur patrem se habere deum. Tu aũt dñe.

Lectio tertia

Uideamus ergo si sermones illi⁹ veri sint et tentemus que ventura sunt illi ⁊ sciemus que erunt nouissima illius. si enim est verus filius dei suscipiet illum: et liberabit illum de manibus cõtrariorum. Tu autem d:

Feria sexta. Lectio prima

Contumelia ⁊ tormẽto interrogemus eũ vt sciamus reuerentiam eius: ⁊ probemus paciẽtiam illius. Morte turpissima condemnemus euz Erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Tu.

Lectio secunda

Hec cogitauerũt ⁊ errauerũt excecauit ei illos malicia eorum. Et nescierunt sacramẽta dei

nec mercedē sperauerūt iusticie: nec iudicauerunt honorē aiaꝝ sanctaꝝ. L.iij

Quoniā deus creauit hoiem in exterminabilē: ⁊ ad imaginē similitudinis sue fecit illū. Inuidia aūt dyaboli mors introiuit in orbē terraruz imitantur aūt illū q̄ sunt ex parte illius. Sabbato

Iustoꝝ aūt aie in L.i. manu dei sunt: ⁊ non tanget illos tormentum mortis. Uisi sunt oculis insipientiū mori: ⁊ estimata est afflictio exit⁹ illorū

Et ab itinere iusto L.ij abierūt in exterminiū ⁊ q̄ a nobis est iter exterminij: illi aūt sūt in pace. Et si corā hoibus tormēta passi sunt: spes illoꝝ inmortalitate plena ē L.iij

In paucis vexati i mltis bene disponentur qm̄ deus tētauit eos. ⁊ inuenit illos dignos se. Tā q̄ aurū in fornace probauit illos ⁊ quasi holocausti hostiā accepit illos ⁊ in tp̄e erit respect⁹ illoꝝ

Dn̄ica .xiij post penthec.

Incipit liber ecclesiastic⁹

Omnis sapiētia L.i. a dn̄o deo est: ⁊ cuz illo fuit semꝑ. ⁊ est ante euum. Arenā maris ⁊ pluuie guttas ⁊ dies seculi: quis dinumerauit. L.ij.

Altitudinē celi ⁊ latitudinē terre ⁊ ꝓfundū abyssi: quis dimēsus est: Sapientiā dei ꝑcedētem omia quis inuestigauit. Prior oim creata ē sapientia: ⁊ intellectus prudentie ab eo. Lcō tertia

Fons sapiētie verbuz dei in excelsis ⁊ ingressus illius mādata eterna Radix sapiētie cui reuelata est. ⁊ astutias illi⁹ q̄s agnouit. Lectio quarta

Disciplia sapiētie cui reuelata est ⁊ manifestata ⁊ multiplicationē ingressus illi⁹ quis intellexit: Un⁹ est altissimus creator oim omp̄s ⁊ rex potens: ⁊ metuendus nimis sedens sup thronū illius: ⁊ dominans deus. Lectio quinta.

Ipse creauit illā in spiritu sancto ⁊ vidit ⁊ dinumerauit ⁊ mensus est Et effudit illā sup oia opera sua ⁊ sup oēm carnē scdm datū suū: ⁊ pbet illā diligētibus se. Lcō. vi.

Timor dn̄i glīa ⁊ gloriatio ⁊ leticia ⁊ corona exultationis. timor dn̄i delectabit cor: ⁊ dabit leticiā ⁊ gaudiū in lōgitudinē dieꝝ. timēti dominū bn̄ erit in extremis ⁊ in die defunctionis sue benedicet. Scdm marcum

In illo tpe. Exiēs ihus de finib⁹ tyri venit p sydonem ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. et adducūt ei surdum ⁊ mutum: et deprecabātur eum vt imponat illi manū. Et rel. Omel. venerabilis. bede. Lcō. vij.

Surd⁹ ille ⁊ mut⁹ quē mirabiliter curatum a dn̄o modo cū euāgelium legeret audiuim⁹ genus designat humanū: in his qui ab errore dyabolice deceptionis diuina merētur gratia liberari. L. viij

Absurduit nanq3 hō ab laudiēdo vite verbo: postq̄m mortifera serpētis verba contra dn̄m tumid⁹ audiuit. Mutus a laude cōditoris effectus est: ex quo cum seductore colloquiū habere psumpsit. Lectio nona

At merito clausit aures ab audienda inter angelos laude creatoris. quas ad audiendā eiusdē creatoris vituperationem sermonib⁹ hostis i caut⁹ aperuit. merito clausit os a pdicāda cū angelis laude creatoris: qd velut ad meliorādum eiusdē opus creatoris. cibi vetiti puaricatione supb⁹ impleuit. Ps. Te deū. ꝟ. Exultabunt sancti. In laud. aña Allā allā. Caplm. Bn̄dictio ⁊ claritas. ꝟ. Dn̄s regnauit. Ad bened. aā. Dum transiret dn̄s p medios fines tyri surdos fecit audire et mutos loqui. Oratio.

Omnipotēs ⁊ misericors de⁹ de cui⁹ mu

nere venit vt tibi a fideli
bus tuis digne ꝛ lauda-
biliter seruiat̄ tribue que
sum⁹: vt ad ꝑmissiones
tuas sine offensione cur-
ramus. Per dn̄m. Ad ves
peras capl̄m. Benedict⁹
deus. ℣. Dirigatur dn̄e. Ad
mag. añ. Bene omnia fecit
surdos fecit audire ꝛ mutos
loqui. Oro. Oriat̄ domie.

Feria secūda. Lcō prima.

Dilectio dei honora-
bilis sapiētia quib⁹
aūt apparuerit in visu di
ligūt eā: in visione ꝛ i ag
nitione magnaliū suorū.

Initiū sapientie L. ij
timor dn̄i: ꝛ cū fideli-
bus in vulua cōcreatus
esti ꝛ cuȝ electis feminis
gradit̄: ꝛ cum iustis ꝛ fi-
delibus agnoscit̄. Timor
dn̄i scientie religiositas.
Religiositas custodiet ꝛ
iustificabit cor: iocūdita-
tem atꝗ gaudiuȝ dabit.

Timenti deū be L. iij
ne erit ꝛ in dieb⁹ cō
solationis illius benedi-
cetur. Plenitudo sapien-
tie timore deum: ꝛ pleni-
tudo a fructibus illi⁹. Tu

Feria tertia. Lcō prima.

Omnē domū illi⁹ im
plebit a generatioi
bus ꝛ receptacula a the-
sauris illius. Corona sa-
pientie timor dn̄i: replens
pacem ꝛ salutis fructū: ꝛ
vidit ꝛ dinumerauit eaȝ

Utraꝗ aūt sunt L. ij
dona dei. Scientiaȝ
ꝛ intellectum prudentie:
sapientia cōpartiet̄ ꝛ glo
riam tenentiū se exaltat.

Radix sapientie L. iij
est timere deū: ꝛ ra-
mi illius lōgeni. In the-
sauris sapientie intellec-
tus ꝛ scientie religiositas
execratio aūt peccatorib⁹
sapientia. Feria iiij. L. j.

Timor domini expel-
lit peccatum. Nā qui
sine timore est. non pote
rit iustificari: iracundia ei
animositatis illius sub-
uersio illius est. Lcō scda

Usꝗ in tēpus sustine-
bit patiēs: ꝛ postea
redditio iocūditatis: Bo
nus sensus vsꝗ in tēpus
abscondet verba illi⁹: et

labia multorꝝ enarrabūt sensum illius. Lcō tertia.

In thesauris sapientie significatio discipline execratio autem peccatori cultura dei. Fili cōcupiscens sapientiã conserua iusticiam: ⁊ deus prebebit illam tibi. Tu aūt do.

Feria quinta. Lcō prima.

Sapientia em̄ ⁊ disciplina: timor dn̄i ⁊ qđ beneplacitū est illi fides ⁊ mãsuetudo ⁊ adimplebit thesauros illius. L. ij.

Contumax nō sis credulus timori dei ⁊ ne accesseris ad illū duplici corde. Ne fueris hypocrita in cōspectu hominum: ⁊ nō scandalizeris in labijs tuis. Lcō tertia

Attende in illis ne forte cadas: ⁊ adducas anime tue inhonorationem: ⁊ reuelet deus absconsa tua: ⁊ in medio synagoge elidat te: quoniam accessisti maligne ad dominum. ⁊ cor tuū plenum est dolo ⁊ fallacia.

Feria sexta. Lcō prima

Fili accedēs ad seruitutem dei: sta in iusticia ⁊ in timore: ⁊ prepara animam tuam ad tentationem. Lectio secunda

Deprime cor tuum et sustine: ⁊ inclina aurem tuam: ⁊ suscipe v̄ba intellectus ⁊ ne festines in tempus obductionis Sustine sustentationes dei coniungere deo ⁊ sustine: vt crescat in nouissimo vita tua. Lcō tertia

Omne quod tibi applicitum fuerit accipe ⁊ in dolore sustine: ⁊ in humilitate tua pacientiam habe: quoniam in igne ꝓbatur aurum ⁊ argentuꝫ homines vero receptibiles in camino humiliationis. Sabbato. L. prīa.

Crede deo ⁊ recuperabit te: ⁊ dirige viam tuam ⁊ spera in illū. Serua timorē illius: ⁊ in illo veterasce. Lcō secunda.

Metuentes dominuꝫ sustinete miam eiꝰ ⁊ non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis

dominū credite illi: ⁊ nō euacuabit merces vestra

Qui timetis do- L.iij minū sperate in illū ⁊ in oblectationē veniet vobis mia. Qui timetis dn̄m diligite illū ⁊ illuiabūtur corda vestra Hec aña seques dicat in sabbatis ad magn. aña: Auditu auris audiui te nūc aūt ocul⁹ meus videt te idcirco ipe me rep̄hendo ⁊ ago penitentiā in fauilla et cinere. Orō. Exaudi dn̄e. Dn̄ica xiiij. post penthe. Initiū libri iob.

Vir erat in terra Lc.i. hus noie iob. ⁊ erat vir ille simplex ⁊ rect⁹ ac timens deū ⁊ recedēs a malo. Natiq3 sunt ei septē filij: ⁊ tres filie. R. Si bona suscepim⁹ de manu domini mala quare non suscipiamus. Dn̄s dedit dn̄s abstulit, sicut dn̄o placuit ita factum est sit nomen dn̄i benedictum. V. Nudus egressus sum de vtero matris mee nudus reuertar illuc dn̄e. Lcō secunda.

Et fuit possessio eius septē milia ouiū et tria milia cameloꝝ quingenta quoq3 iuga boum ⁊ quingēte asine: ac familia multa nimis. Eratq3 vir ille magn⁹ inter oēs orietales. R. Anteq̄ comedam suspiro ⁊ tanq̄ inundanti s aque sit rugit⁹ meus qꝛ timor quē timebā euenit mihi quod verebar accidit nōne dissimulaui nōne silui nōne quieui. Et venit sup me indignatio V. Ecce nō est auxiliū mihi in me ⁊ necessarii quoq3 mei recesserunt a me. Et ve. A pria dn̄ica septembris vsq3 ad mediū septēbris dicant duo R. pv. cū sequētib⁹ i dn̄icis dieb⁹ ⁊ sup ebdo.

Et ibāt filij eius L.iij ⁊ faciebāt cōuiuia p domos vnusquisq3 i die suo. Et mittētes vocabāt tres sorores suas: vt comederēt ⁊ biberent cum eis. R. Utinā appenderētur peccata mea quibus iram merui. Et calamitas quā patior i statera. V. Quasi arena maris hec grauior apparet vnde et verba mea dolore sunt plena. Et calamitas. Lcō quarta.

Cumq; in orbē transis-
sent dies conuiuij: mittebat ad eos iob ⁊ sā-
ctificabat illos cōsurgēs-
q; diluculo offerebat ho-
locausta p singulos. Di-
cebat em̄ Ne forte pecca-
uerint filij mei ⁊ benedix-
erint deo in cordib⁹ suis. Sic faciebat iob cunctis diebus. ℟ Quare detraxi-
stis sermonibus veritatis ad increpādum verba cōponitis ⁊ subuertere nitimini amicum vestrū. Uerūtamen que cogita-
tis explete. ℣ Quod iustū est iudicate ⁊ nō īuenietis in lingua mea iniquitatem. Uerum-
tamen que co. Lcō quinta

Quadā aūt die cuz venissent filij dei vt assisterent corā dño: affuit inter eos etiā sathā. Cui dixit dñs. Unde venis? Qui rn̄dens ait. Circuiui terrā: ⁊ pambulaui eam. ℟. Memento mei de⁹ quia ventus est vita mea. Nec aspiciet me visus hominis. ℣ Cu-
tis mea aruit ⁊ cōtracta est ⁊ nō reuertetur oculus meus vt videat bona. Nec. Lco. sexta

Dixitq; dñs ad eū. Nū-
quid cōsiderasti ser-
uum meū iob q nō sit ei similis in terra homo sim-
plex ⁊ rectus ac timēs de-
um ⁊ recedēs a malo. ℟ Inclinās faciem meā in gemi-
sco cōmouear omnib⁹ mēbris meis. Scio em̄ dñe qz impunitum me nō dimittis ⁊ si sum impius quare nō sum mortuus sed laboro. ℣ Que est em̄ for-
titudo mea vt sustineā aut qs finis meus vt pacienter agaz. Scio enim. Lcō septima

Qui rn̄dens sathā ait. Nūquid frustra iob timet deū? Nonne tu vallasti eū ac domū ei⁹ vni-
uersamq; substantiā eius per circuitū? Operib⁹ ma-
nuū eius bn̄dixisti ⁊ pos-
sessio ei⁹ creuit in terra. ℟ Paucitas dierum meorū finietur breui. Dimitte me dñe vt plangā paululū dolorem meū anteq̄ vadā ad terrā tenebrosam ⁊ opertā mortis caligine. ℣ Manus tue fecerunt me et plasmauerūt me totum in cir-
cuitu ⁊ sic repente precipitas me. Dimitte me. Lco. viij.

Sed extende paululuz manū tuā: ꝛ tāge cūcta que possidet nisi in faciem benedixerit tibi. dixit ergo dñs ad sathā. Ecce vniuersa que habet in manu tua sunt: tm̄ in euz ne extendas manū tuaz. ℟. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno ꝓtegas me ꝛ abscōdas me donec pertrāseat fur or tuus dñe. Nisi qui tu solus es ꝛ cōstituas mihi tēpus inquo recorderis mei. ℣. Quis det vt veniat peticio mea ꝛ quod expecto tribuat mihi. Nisi tu q.

Lectio nona.

Egressus est sathā a facie dñi. Cū autē quādam die filij ꝛ filie ei⁹ comederēt ꝛ biberent vinū in domo fratris sui primogeniti: nuncius venit ad iob qui diceret. ℟. Nocte os meū pforatur dolorib⁹ et qui me comedūt nō dormiunt a multitudinē eorum cōsumit vestimentū meum. Cōparatus sum luto et assimilatus suz fauille ꝛ cinere. ℣. Nunc autē in memetipso marcescit aīa mea et possident me dies afflictionis. Cōparatus. ps. Te deū ℣. Exultabunt sancti. In laudibus an̄. Alleluia alleluia. Caplm. Bn̄dictio et claritas. ℣. Dñs regnauit et. Ad benedictus. an̄. Beati oculi qui vident que vos videtis dixit ihūs discipulis suis alleluia.

Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹ da nobis fidei spei ꝛ caritatis augm̄tum ꝛ vt mereamur assequi qd̄ ꝓmittis fac nos amare qd̄ precipis. Per. d. Ad vespas caplm Benedictus de⁹. ℣. Dirigatur domine. Ad mag. an̄a Magister qu id faciendo vitaz eternā possidebo at ille dixit ad eum in lege quid scriptum est quomodo legis diliges dn̄m deuz tuum ex toto corde tuo alleluia. Oratio. Oratur domine. Super ebdom. ad bened. an̄a. cum ferialibus si necesse sit. Homo quidam descendebat ab hierusalem in hiericho et incidit in latrones qui etiam despoliauerunt euz et plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. an̄. Quis tibi

videtur proximus fuisse illi q incidit in latrones et ait illi q fecit misericordiam in illo vade et tu fac similiter alleluia. Ant. sequetes dicatur ad magnificat. a prima dñica septembris vsq ad medium septembris. Et du3 finite fuerint nõ repetãtur. An:

Dominus dedit dñs abstulit sicut domino placuit ita factũ est sit nomen domini benedictum. an. In omnibus his nõ peccauit iob labiis suis neq3 stultum quid contra deum locutus est. Feria.ij. L. prima

Boues arabant ⁊ asine pascebãtur iuxta eos: ⁊ irruerũt sabei tuleruntq3 omnia: ⁊ pueros pcusserunt gladio: ⁊ euasi ego solus vt nũciarem tibi. ℟ Scio domine q2 morti me traditurus es tibi constituta est omĩs domus viuentium spero in te domine q2 non ad cõsummationem meã emittis manum tuam. Et si in profundum inferni demersus fuero inde me liberabis. ℣ Tu quidem gressus meos dinumerasti sed parce peccatis meis. Et si in profundu3 inferni demer:

Lectio secunda

Cũq3 adbuc ille loqueretur venit alter ⁊ dixit. Ignis dei cecidit e celo: ⁊ tactas oues puerosq3 cõsumpsit ⁊ effugi ego solus vt nunciarem tibi. ℟ Adesto dolori meo deus nimium fatigor. Et cecidit in lutum cythara mea et cantatio mea in plorationem. ℣ Interiora mea efferbuerunt absq3 vlla requie preuenerunt me dies afflictionis. Et cecidit in lutũ.

Lectio tertia.

Sed et adbuc illo loquẽte venit alius et dixit. Chaldei fecerũt tres turmas ⁊ inuaserunt camelos ⁊ tulerũt eos nec nõ ⁊ pueros percusserũt gladio: ⁊ ego fugi solus. vt nũciarem tibi. Tu. ℟: Versa est in luctum cythara mea et organum meum in vocem flentium. Parce michi domine nihil enim sunt dies mei ℣ Cutis mea denigrata est super me et ossa mea irruerunt. Parce mihi domine nihil enim sunt dies mei.

Feria tertia. Lcō prima.

Adhuc loquebat ille: ꝛ ecce alius intrauit ꝛ dixit filijs tuis ꝛ filiabus vescentib' ꝛ bibētibus vinū in domo fratris sui primogeniti: repente ventus vehemēs irruit: a regione deserti ꝛ cōcussit quattuor angulos domus que corruēs oppressit liberos tuos ꝛ mortui sunt: ꝛ efugi ego solus vt nūciarem tibi. ℟. Nōne cognoscit deus vias meas ꝛ cūctos gressus meos dinumerat quod si ambulam in vanitate aut festinauit in dolo pes meus. Appendat me in statera iusta ꝛ pbet deus innocentiā meam. ℣. Si declinaui gressus meos de via ꝛ si secutus est oculus meus cor meū ꝛ in manib' meis adhesit macula. Appendat me in statera. Lcō scōa

Tunc surrexit iob ꝛ scidit vestimēta sua et tōso capite corruēs in terram: adorauit ꝛ dixit. nudus egressus sum de vtero matris mee ꝛ nud' reuertar illuc. ℟. Desiderium meum omps audi ꝛ tribue mihi auditorem qui equitatez ꝑponat contra me. Et ꝑueniat ad victoriā iudiciū meum. ℣. Et librum scribat ipe qui iudicat ꝛ in humero meo portez illum ꝛ circundē illuz quasi coronam mihi. Et. Lcō tertia

Dominꝰ dedit: dominꝰ abstulit sicut domino placuit: ita factū ē: Sit nomē dn̄i bn̄dictum In oibus his non peccauit iob labijs suis necꝫ stultū quid contra deū locutus est. ℟. Auditu auris audiui te dn̄e nunc aūt oculus meus videt te. Jdcirco me reprehendo ꝛ ago penitentiā in fauilla ꝛ cinere ℣. Scio qꝛ omnia potes ꝛ nulla te latet cogitatio ego aūt insipienter locutus sum ꝛ que vltra modū excederet scientiam meā. Jdcir.

Feria quarta. Lcō prima.

Factū est aūt cuz quadam die venissent filij dei: ꝛ starent corā dn̄o venisset quocꝫ sathan inter eos ꝛ staret in cōspectu eius. vt diceret dn̄s ad sathā. Unde venis? qui

rñdens ait. Circuiui ter-
ram ⁊ pambulaui eã. ℟.
Qui cõsolabatur me recessit a
me spero quod volui ⁊ non in
uenio fundunt oculi mei lacri
mas. Quia repletus sum amari
tudie ⁊ dolo. ℣. Fletuz dedux
erũt oculi mei ⁊ palpebras me
as operuit vmbra mortis. Quia
repletus. Lectio secunda.

Et dixit dñs ad sathã Nũquid cõsiderasti seruũ meũ iob ꝙ nõ sit ei similis i terra vir simplex ⁊ rectus ac timẽs deuz ⁊ recedẽs a malo: ⁊ adhuc retinens innocentiã. Tu aũt cõmouisti me aduer-sus eũ vt affligerez eum. frustra. ℟. Si bona. Lc. iij

Qui rñdens sathã ait. Pellem ꝓ pelle ⁊ cũcta que habet hõ dabit ꝓ aĩa sua Alioquin mitte manũ tuã: ⁊ tãge os eius ⁊ carnẽ ⁊ tũc videbis ꝙ in faciem bñdicat tibi. ℟. Anteꝙ. Feria. v. L. prima.

Dixit ergo dñs ad sathan. Ecce in manu tua est verũtamẽ animã illius serua. Egressus igitur sathã a facie dñi ꝑcussit Job vlcere pessimo: a plãta pedis vsqꝫ ad verticem ei⁹ Qui testa saniem radebat: sedẽs in sterquilinio. Lectio secunda

Dixit aũt illi vxor sua Adhuc tu ꝑmanes in simplicitate tua?. Bñdic deo ⁊ morere. Qui ait ad illã. Quasi vna destultis mulieribus locuta es

Si bona suscepi- L. iij. mus de manu domini mala quare nõ sustineamus. Jn oĩbus his nõ peccauit iob labijs suis. Jgitur audiẽtes tres⁹ amici iob oĩe malũ qđ accidisset ei. venerũt singuli de loco suo: eliphas themanites: ⁊ baldath suites ⁊ sophar naamithites. Feria. vi. Lcõ prima

Qvõ dixerãt enĩ vt pariter veniẽtes visitarent eũ ⁊ cõsolarent. Cũqꝫ eleuassent ꝓcul oculos suos: nõ cognouerũt euz

Et exclamãtes L. ij. ꝑplorauerunt scissisqꝫ vestib⁹ sparserũt puluerẽ

sup caput suũ in celũ. Et sederunt cum eo in terra septem dieb⁹ ⁊ septẽ noctibus ⁊ nemo loquebat̃ ei verbum. videbát enim dolorem esse vehementẽ

Lc. ij. Post hec aperuit iob os suũ ⁊ maledixit diei suo ⁊ locut⁹ est Pereat dies in qua nat⁹ sum: ⁊ nox in qua dictuꝫ est: cóceptus est hõ. dies illa vertatur in tenebras

Sabbato. Lectio prima.

Non requirat eũ deus desuper ⁊ nõ illustretur lumine. Obscuret euꝫ tenebre ⁊ vmbra mortis occupet eum caligo: ⁊ inuoluatur amaritudine. Noctem illã tenebrosus turbo possideat nõ cõputetur in diebus anni: nec numeret̃ in mẽsib⁹. L. ij.

Sit nox illa solitaria: nec laude digna. Maledicãt ei q̇ maledicũt diei qui parati sũt suscitare leuiathã. obtenebrẽt̃ stelle caligine eius. Lcõ. iij.

Expectet lucẽ ⁊ nõ videat: nec ortũ surgẽtis aurore. Qꝛ non cõclusit ostium ventris q̇ portauit me: ne abstulit mala oculis meis. Dñica xv. post pentħc. L. prima

Quare non in vulua mortuus sum egressus ex vtero nõ statiꝫ perij: Quare except⁹ genubus: cur lactat⁹ vberibus Nũc eñ dormiens sileręꝫ ⁊ somno meo requiescerem cũ regibus ⁊ consulibus terre qui edificãt sibi solitudines aut cũ principibus qui possident auꝫ ⁊ replent domos suas argento. ℟ Si bona. L. ij.

Aut sicut abortiuum absconditũ nõ subsistere vel qui cõcepti nõ viderunt lucem ibi impij cessauerũt tumultu ⁊ ibi requieuerunt fessi robore ⁊ quondã vincti pariter sine molestia. Lcõ tertia

Non audierunt voceꝫ exactoris. Paruus ⁊ magnus ibi sunt: ⁊ seru⁹ liber a domino suo. Quare misero data est lex ⁊ vita his qui amaritudine a

nime sunt. Lectio quarta

Qui expectant mortē & nō venit quasi effodientes thesauruz gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrū. Viro cui⁹ abscōdita est via: & circundedit eum de⁹ tenebris. Lectio quinta.

Antequā comedam suspiro: & quasi inundātes aque sic rugitus me⁹ quia timor quez timebā euenit mihi & quod verebar accidit. nōne dissimulaui? Nōne silui? Nōne q̄eui? Et venit super me indignatio. Lectio sexta

Respondens autē eliphas themanites dixit. Si ceperimus loqui tibi forsitan moleste accipies. Sed conceptuz sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos & manus lassas roborasti.

Lectio septima

Vacillantes confirmauerunt sermones tui & genua trementia cōfortasti. Nunc aūt venit sup te plaga: & defecisti tetigit te & conturbatus es.

Lectio octaua.

Vbi timor tuus fortitudo tua & paciētia tua & perfectio viaruz tuarum. Recordare obsecro te quis vnq̄ innocēs perijt: aut quando recti deleti sunt. Lectio nona.

Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem & seminant dolores & metunt eos. flante deo perisse: & spiritu ire eius esse consumptos. rugitus leonis & vox leene & dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris perijt eo q̄ nō haberet p̄dam & catuli leonis dissipati sunt. ps. Te deum. ℣ Exultabunt sancti in glo. In laudibus aña. Alleluia allā. Capl'z. Benedictio & claritas. ℣ Dominus regnauit. Ad benedictus aña. Cum ingrederetur ihesus quoddaz castellum occurrerunt ei decem leprosi qui steterunt a longe & leuauerunt vocem dicentes ihesu p̄ceptor miserere nostri. ps. Magnificat. Oratio.

Custodi dñe ecclesiã
tuã ꝓpitiatione per
petua: ⁊ q꞉ sine te labitur
humana mortalitas tuis
semꝑ auxilijs ⁊ abstraba
tur a noxijs ⁊ ad saluta-
ria dirigaẗ. Per dñz. Ad
vesperas caplm. Bñdic-
tus deus. ℣. Dirigatur dñe:
Ad magnifi. aña. Decem
viri lepꝛosi steterunt a longe ⁊
leuauerunt vocem dicentes ie
su ꝑceptoꝛ miserere nostri. O
ratio. Oꝛiatur dñe. Sup
ebdoma. ad bened. aña.
Cũ alijs ferialibꝫ si neces
se fuerit. Unus aũt ex illis vt
vidit q꞉ mũdatus est regressus
est cũ magna voce magnificãs
deum allã. aña. Nõne decẽ mũ
dati sunt ⁊ nouem vbi sunt nõ
est inuentus qui rediret ⁊ darẽ
gloriã deo nisi hic alienigena
vade q꞉ fides tua te saluũz fe
cit allã. aña. Spiritu ambula
te et desideria carnis nõ perfi
cietis caro vnũ concupiscit ad
uersus spm̃ spũs aũt aduersus
carnem allã. Feria. ij. Lcõ. i.
Porro ad me dictũ est
verbũ absconditum
⁊ quasi furtiue suscepit au
ris mea venas susurrij ei
us. In horroꝛe visiois no
cturne quãdo solet sopoꝛ
occupare hoies: pauoꝛ te
nuit me ⁊ tremoꝛ: ⁊ om-
nia ossa mea ꝑterrita sũt
Lc. ij.
Et cũ spũs me ꝑ
sente transiret: inhoꝛ
ruerũt pili carnis mee. ste
tit quidaz cuiꝰ nõ agnos
cebam vultũ: ymago co-
ram oculis meis: ⁊ vocẽ
quasi aure leuis audiui.
Lc. iij.
Nũquid homo
dei cõparatione iusti
ficabitur aut factoꝛe suo
purioꝛ erit vir: Ecce q̃ ser-
uiunt ei nõ sunt stabiles
⁊ in angelis suis repperit
prauitatẽ. Feria. iij. L. i.
Quanto magis hij q̃
habitãt domos la-
teas qui terrenũ habent
fundamentuz cõsumẽtur
velut a tinea: de mane vs
ꝗ ad vesperã succidẽtur.
⁊ q꞉ nullus intelligit ine
ternũ peribunt. Lcõ scda
Qui aũt reliqui fuerit
afferenẗ ex eis mo-
rienẗ ⁊ nõ in sapiẽtia. vo
ca ergo si est qui tibi rñ de

at: ꝛ ad aliquē factoꝝ cō uertere. Virū stultū inter ficit iracūdia ꝛ paruuluz occidit inuidia. Lcō. iij.

Ego vidi stultum fir ma radice ꝛ maledi xi pulchritudini ei⁹ statiz Lōge fient filij ei⁹ a salu te: ꝛ cōterent in porta: et nō erit qui eruat. Cuius messem famelicus comes det: ꝛ ipm rapiet armat⁹ ꝛ bibent sciētes diuicias eius. Feria. iiij. Lcō pria

Nichil in terra sine cau sa fit: ꝛ de humo nō egrediet dolor. Hō nasci tur ad laborez ꝛ auis ad volatū. Quāobrez ego d̄ pcabor dn̄m ꝛ ad deū po nam eloquiū meū. L. ij

Qui facit magna ꝛ in scrutabilia: ꝛ mira bilia absq̧ numero. Qui dat pluuiā sup faciez ter re: ꝛ irrigat aquis: vniuer sa. Qui ponit humiles in sublime: ꝛ merētes erigit sospitate. Lectio tertia

Qui dissipat cogitati ones malignorū ne possint implere man⁹ eorum qd ceperāt. Qui app hēdit sapiētes in astutia eoꝝ: ꝛ cōsiliuz prauorum dissipat. Feria. v. L. prima

Per diem incurrent te nebras ꝛ quasi i noc te sic palpabūt in meridie Porro saluū faciet egenū a gladio oris eoꝝ ꝛ d̄ ma nu violenti pauperez. Et erit egeno spes iniquitas aūt cōtrahet os suū. L. ij

Beatus homo q̄ corri pitur a dn̄o. Increpa tionez ergo dn̄i ne repro bes: q: ipe vulnerat ꝛ me detur: pcutit ꝛ man⁹ eius sanabūt. In sex tribulati onibus liberabit te: ꝛ in septia nō tāget te maluz.

In fame eruet te L. iij de morte ꝛ in bello d̄ manu gladij. A flagello lingue abscōderis ꝛ non timebis calamitatē cum venerit. In vastitate ꝛ fa me ridebis ꝛ bestias ter re nō formidabis. Tu au

Feria sexta. Lcō prima

Sed cū lapidib⁹ regio nuz pactū tuū: ꝛ be stie terre pacifice erūt tibi

Et scies ꝙ pacez habeat
tabernaculū tuum ⁊ visi
tans speciem tuā nō pec-
catis. Et scies qm̄ multi-
plex erit semen tuū: ⁊ pro
genies tua q̄si herba ter-
re. Ingredieris L. ij.
in abundātia sepulc-
hruz sicut infertur aceruꝰ
tritici in tp̄e suo. ecce hoc
vt inuestigauimꝰ ita est
qđ auditū mēte ꝑtracta.
L. iij. Respondēs aūt
iob dixit. vtinā appē
Et cũ vidis- Lcõ vi. sem eũ cecidi ad pe- des eiꝰ tanq̃ mortuꝰ. Et po suit dexterã suã sup me di cens. Noli timere. Ego sũ primus et nouissimꝰ ꝛ vi uus. et fui mortuus. ꝛ ec- ce sum viuẽs in secula se- culorũ. Et habeo claues mortis et inferni. Scribe ergo que vidisti. ꝛ que sũt et que oportet fieri post hec. Sacramentũ septem stellarũ quas vidisti i dex tera mea. et septẽ cande- labra aurea. Septẽ stelle angeli sunt septẽ ecclesia- rũ: et candelabra septẽ: se ptem ecclie sunt. ℟. Iste ẽ iohãnes qui supra pectus dñi in cena recubuit. Btũs aposto lus cui reuelata sunt secreta ce lestia. ℣. Valde honorãdus ẽ btũs iohãnes qui supra pectꝰ dñi in cena recubuit. Beatus. Gloria patri et filio ꝛ spiritui sancto. Iterũ redicat. ℟.

In. iii. noct. añ. Appa- ruit caro suo iohãni dñs iesus christus cum discipulis suis ꝛ dixit ei veni dilecte mi ad me quia tempus est vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tu is. ps. Confitebimur. Añ. Expandẽs manus suas ad de um dixit. inuitatus ad conui- uiũ tuũ venio gratias agens quia me dignatus es dñe iesu christe ad tuas epulas inuita re sciens qđ ex toto corde meo desiderabam te. ps. Dñs re gnauit exultet. Añ. Domie suscipe me vt cum fratribꝰ me- is sim cũ quibus veniẽs inuita sti me aperi michi ianuã vite ꝛ perduc me ad conuiuiũ epula rũ tuarũ tu es eni christus filiꝰ dei viui qui pcepto patris mũ dum saluasti tibi gratias refe- rimus per infinita seculorũ se- cula. ps. Dñs regnauit ira scant. ℣. Nimis honorati sũt

Lectio scti euãgelii se- cundũ iohẽm.

In illo tpe. Dixit iesus petro. Sequere me. Cõuersus petrus: vidit il lum discipulũ quẽ dilige- bat iesus sequentẽ qui et recubuit in cena supra pe- ctus eius et dixit. Domie quis est qui tradet te. Et reliqua. Lcõ vii.

Lectio sancti euangelii que nobis modo lecta est fratres mei: tantum maiori a nobis intentiõe debet per singula v̾ba pẽsari quãto magna sup̃ne gratie dulcedine tota redundat. Cõmendat eni nobis btissimus euãgelista et apostolus iohãnes priuilegiũ amoris p̃cipui quo ceteris amplius meruit honorari a dño. ℟. Qui vicerit faciam illum colũnam in templo meo dixit dñs. Et scribam sup̱ eũ nomen meũ et nomen ciuitatis noue hierusalem ℣. Uincenti dabo ei edere de ligno vite: quod est in paradiso dei mei. Et scribã. Glia patri et filio et spiritui sancto Hierusalem. Lcõ viii.

Cõmendat testimonium euãgelice descriptionis: qd̾ veritate diuina subnixum. nullus fideliũ dubitare p̱mittit̃. Cõmendat placidam sue carnis absolutionẽ: quã dño specialiter se visitante percipit. Sed vt p̱fecte lectionis hui⁹ principia cõsiderare valeam⁹: libet sup̱ iora parũper attendere. ℟. Cibauit illum dñs pane vite et intellectus et aqua sapientie salutaris potauit eũ. Et inaltauit illũ apud proximos suos. ℣. In medio ecclie aperuit os eius et impleuit eum spũ sapiẽtie et intellectus. Et inaltauit. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Proximos suos.

Lectio nona.

Apparuit domin⁹ post resurrectionem discipulis septem. inter quos erant petrus et iohannes frustra in piscãdo tota nocte laborantibus ⁊ stans i littore copiosa rethe eorum pisciũ multitudine repleuit. moxq̃ egressos ad terram inuitauit ad prandium. Et inter prandium tercio petrum an se amaret interrogauit. ac tercio amorem confitenti quia ter eum negauerat eque tercio pascendas suas oues commisit. Ac deinde quia pro earũdem ouium id est aiarũ fideliũ cura pastorali vsq̃ ad marti

riū crucis esset puentur⁹: intimauit dicens. Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te. et ambulabas vbi volebas. Cū aūt senueris: extēdes manus tuas et alius te cinget ꝛ ducet quo tu nō vis. ℟. In medio eclesie. ℣. Iocūditatē. vt supra. Gloria patri et filio et spiritui sancto sicut erat in principio et nūc et semp et in secula seculorum Amen. Iterū dicatur ℟. ps. Te deum. ℣. Nimis honorati sūt ꝛcetera. In laud. aň. Valde honorādus est btūs iohannes qui supra pectus dñi in cena recubuit. Aň. Hic est discipulus ille qui testimoniū phibet de his et scripsit hec et scimus quia verū est testimoniū eius. Aň. Hic est discipulus meus sic eum volo manere donec veniam. Aň. Exiit sermo inter fratres ꝙ discipulus ille nō moritur et nō dixit iesus nō moritur sed sic eū volo manere donec veniā. Aň. Sic eū volo manere donec veniā tu me sequere. Caplm. Iā nō estis hos. ℣. Annūciauerunt opera dei. ꝛc. Ad bened⁹ aň. Iste est discipulus qui dignus fuit esse inter secreta dñi iste solus meruit diuina inspiratione dicere in principio erat verbū et verbū erat apud deum et deus erat verbum. Iterū repetať aň. ps. Benedictus Orō. Ecclesiā tuam vt supra. Ad primam ad terciā ad sextā ad nonā et ad completoriū. ℟. Exiit sermo inter fratres ꝙ discipulus ille nō moritur. Orō. Ecclesiā tuā vt supra. Ad vespas aň. Iurauit dñs et non penitebit eū tu es sacerdos ineternū. ps. Dixit dñs. Aň. Collocet eū dñs cum principibus ppli sui p. Laudate pueri. Aň. Disrupisti dñe vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis. p. Credidi. Aň. Euntes ibant ꝛ flebant mittētes semina sua ps. In conuertendo. Aň. Confortatus est principatus eorū et honorati sunt amici tui de⁹ ps. Dñe probasti me. Alleluya. ℣. Venite ad me oēs ꝗ laboratis ꝛ onerati estis et ego reficiam vos. Aň. Dñe suscipe me. Repetať aň. Quere in

laudib⁹ ꝓximis ꝓteritis.
Beati iohan̄s Orō.
Bnis euāgeliste quesu-
m⁹ dn̄e supplicatione pla
catus: et veniā nobis tri-
bue et remedia sempiter-
na concede. Per dn̄m no
strum. Sctōꝝ innocen
tiū ad ꝓcessionē. R. Cen-
tū quadragita. quere hoc re-
sponsoriū in nona lectiōe
sequēti. Ad mag: añ. Hi
empti sunt ex omībus primicie
deo et agno et in ore ipsoꝝ nō
est inuentū mendaciū. Repe-
tat̄ ā. ps. Magn̄. Orō.
Deus cuius hodier-
na die preconiū in
nocentes martires nō lo
quēdo sed moriēdo con-
fessi sunt oīa in nobis vi-
cioꝝ mala mortifica: vt fi
dem tuā quā lingua nr̄a
loquitur. etiā moribus vi
ta fateatur. Per dn̄m. Ad
matutin̄. Inuitat̄. Adore
mus dn̄m Qui in sctis glorio-
sus est. ps. Venite. In pri
mo noct. añ. Beati paupes
ps: Beatus vir. cū aliis
aīs et psalmis plurimoꝝ
martiru. v. Exultēt iusti. ꝛc

Vidi ange- Lcō pria
lū ascendentē ab or-
tu solis. habentē signum
dei viui. et clamauit voce
magna quatuor angelis
quibus datum est nocere
terre et mari dicens. Noli
te nocere terre neq₃ mari.
neq₃ arboribꝫ: quoadusq₃
signemus seruos dei no-
stri in frontibus coꝝ. Lo-
co de Tu autē dicatur in
sex lec. Per illoꝝ agnum
subsequentiū quocūq₃ ie-
rit. cū mulieribꝫ nō quo-
inquinatoꝝ intercessionē
cuncti valens iesus mise-
reatur nostri. Ameu. R.
Sub altare dei audiui voces
occisoꝝ dicentiū. Quare non
defendis sanguinē nostrū. Et ac-
ceperunt diuinū responsū ad-
huc sustinete modicū tempus
donec impleatur numerus fra-
trū vestroꝝ. V. Vidi sub alta
re dei aīas interfectoꝝ ꝓpter
verbū dei et ꝓpter testimoniū
quod habebāt et clamabāt vo-
ce magna dicentes. Quare nō.
Gloria patri et filio et spiri-
tui sancto. Vestrorum

Lectio secunda.

Et audiui numerũ si-
gnatoꝝ. centũ qua-
draginta quatuor milia
signati: ex omi tribu isrl.
Ex tribu iuda: duodecim
milia signati. Ex tribu ru
ben. duodeci milia signa
ti. ex tribu gad: duodecim
milia signati. Ex tribu a-
ser: duodeci milia signati
Ex tribu neptalim: duo-
deci milia signati. Ex tri-
bu manasse: duodeci mi-
lia signati. Ex tribu syme
on: duodeci milia signati
Ex tribu leui: duodeci mi
lia signati. Ex tribu ysa-
char: duodeci milia signa
ti. Ex tribu zabulon: duo
deci milia signati. Ex tri-
bu ioseph: duodeci milia
signati Ex tribu benia-
min: duodeci milia signa
ti. Per illorũ agnũ subse-
quentiũ quocunqꝫ ierit: cũ
mulierib⁹ nõ coinquina
toꝝ intercessionẽ: cũcti va
lens iesus misereat nostri
Amen. ℟. Adorauerũt vi-
uentẽ in secula seculorũ. Mit-
tentes coronas suas ante thro
nũ dñi dei sui. ℣. Et ceciderũt
in cõspectu throni in facies su
as et adorauerũt viuentẽ in se-
cula. Mittẽtes. Gloria patri et
filio et spiritui sancto. Dei sui

Lectio tercia.

Post hec vidi turbam
magnam quam di-
numerare nemo poterat
ex oibus gentibus ⁊ tri-
bubus et pplis ⁊ linguis
stantes ante thronũ i cõ-
spectu agni. amicti stolis
albis: et palme in mani-
bus eoꝝ. Et clamabãt vo
ce magna: dicentes. Sa-
lus deo nostro: qui sedet
super throno et agno. Et
oms angeli stabãt in cir-
cuitu throni et seniores.
et quatuor animaliũ. ⁊ ce
ciderũt in cõspectu thro-
ni in facies suas. ⁊ adora
uerũt deũ dicẽtes Amen
℟. Effuderũt sanguinẽ sancto
rũ velut aquã in circuitu hieru
salem. Et nõ erat qui sepeliret.
℣. Posuerunt mortalia seruo-
rũ tuorũ escas volatilibus celi
carnes sanctorũ tuorũ bestiis
terre. Et nõ erat. Gloria patri
et filio et spiritui sancto. Qui
sepeliret. In scdo noct. añ.

Justi autem et cetera. ℣. Justorum anime. et cetera vt supra

Lectio quarta

Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio. honor et virtus. et fortitudo deo nostro in secula seculorum Amen. Et respondens vnus de senioribus: dixit michi. Hi qui amicti sunt stolis albis quid sunt et vnde venerunt? Et dixi illi Domine mi tu scis. Et dixit michi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna: et lauerunt stolas suas. et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei: et seruiunt ei die ac nocte in templo eius. ℟. Isti sunt qui passi sunt propter te domine vindica eos. Quia clamant ad te tota die. ℣. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Quia clamant. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Tota die.

Lectio quinta.

Et qui sedet in throno: habitabit super eos. Non esurient neque sitient amplius. neque cadet super illos sol neque vllus estus quoniam agnus qui in medio throni est reget illos. et deducet illos ad viam fontis aquarum. Et extergeet deus omnem lachrimam ex oculis eorum. ℟. Ecce vidi agnum stantem supra montem syon et cum eo sanctorum milia. Et habebant nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. ℣. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati virgines enim sunt et sequuntur agnum. Et habebant. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Fratribus suis. Sermo sancti augustini. Lectio vi.

Hodie fratres carissimi natalem infantium colimus: quos ab herode crudelissimo rege interfectos esse euangelii textus eloquitur. Et ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra: celestium militum et tantarum parens fecunda virtutum. Ecce profanus hostis nunquam beatis paruulis. tantum prodesse potuisset obsequio: quantum profuit

odio. Nam sicut sacratissi
ma p̄sentis dici festa ma-
nifestant: quantū contra
beatos paruulos iniqui-
tas abundauit. tantū in
eis gratia bn̄dictionis ef
fulsit. ℟. Absterget deus. ℣.
Non esurient. quere in cōi
sctōꝝ plurimoꝝ mr. In
scdo noct. an̄. Reddidit de
us. ℣. Sancti per fidē Secū
In illo dū matheū.
tpe. Angelus dn̄i ap-
paruit in somnis ioseph
dicens. Surge et accipe
puerū et matrē eius: ⁊ fu-
ge in egyptū: Et esto ibi
vsq; dum dicā tibi. Futu-
rū est enī: vt herodes que
rat puerū ad perdendum
eū. Et reliqua. Lcō. vii.
De morte p̄ciosa mar
tirū christi innocen
tū: sacra nobis est fratres
carissimi euangelii lectio
recitata in qua tamē oīm
christi martirū p̄ciosa est
mors designata. Q̄d eni
paruuli occisi sunt: signifi
cat per humilitatis meritū
ad martirū perueniendū
gloriam. ℟. Letamini. ℣.
Cantate. quere in cōi san-
ctoꝝ plurimoꝝ martirū.
Et quia Lcō. viii.
nisi cōuersus fuerit
quis et effectus vt paruu
lus: nō possit aiam dare
pro christo. Q̄d et i beth-
leem et in omibus finib⁹
eius occisi sunt. ostendit
non solum in iudea vnde
ecclesie cepit origo. sed et
in omibus eiusdē ecclesie
finibus quacūq; per orbē
diffusa est. p̄secutionē se-
uiturā perfidoꝝ. et pioꝝ
patientiā esse coronandā
℟. Exultabūt. ℣. Epulētur.
Quere in cōi sctōꝝ pluri-
moꝝ martirꝝ. Lcō. ix.
Quia bimi occisi sunt
doctrina et opera-
tione perfectos indicant.
Q̄d vero infra simplices
vel idiotas. fide tamē nō
ficta. constantia. fortes e-
que denūciant. Q̄d illi q̄
dem occisi sunt: sed christ⁹
qui querebatur occidi vi-
uens euasit: insinuat cor-
pora quidē martirū ab i-
piis posse perimi sed chri-
stum pro quo p̄secutio to

ta sciuit. nullaten⁹ eis vel viuētibus vel occisis posse auferri: sed eos veraciter contestari. quia siue viuimus dño viuimus. siue morimur dño morimur. Siue eni viuim⁹ siue morimur: dñi sumus. ℞. Centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra hi sunt qui cū mulieribus nō sūt coinquinati virgines eni pmāserunt Jdeo regnant cū deo et agnus dei cum illis. ℣. Hi empti sunt ex omibus pmitie deo et agno et in ore eorū nō est inuentū mendaciū. Jdeo. Gloria patri et filio et spiritui sancto. sicut erat in principio et nūc et semp et in secula seculorū amē. Jterū repetat ℞. Centum. ps. Te deum. ℣. Exultabūt sancti. etc. Jn laudib⁹ añ. Herodes iratus occidit multos pueros in bethleē iude ciuitate dauid. Añ. Vox in rama audita est ploratus et vlulatus rachel plorans filios suos. Añ. Lauerūt stolas suas et candidas eas fecerūt in sanguine agni. Añ. Ambulabūt mecū in albis qm̄ digni sunt et nō delebo nomina eorū de libro vite. Añ. Angeli eorum semp vident faciē patris. Capitulū. Justi in ppetuū. ℣. Clamauerūt iusti. etc. Ad Bñdictus. añ. Hi sunt qui cū mulierib⁹ nō sunt coinquinati virgines eni sunt et sequūtur agnū quocūq3 ierit. Repetat iterū añ. ps. Bñdict⁹. Orō. Deus cui⁹ hodierna die. Ad primā ad terciā. ad sextā ad nonā et ad cōpletoriū. ℞. Anima nostra sicut passer erepta ē de laqueo venantiū. Orō. Deus cui⁹ hodierna die. vt supra. Ad vespas añe de laud. dicant. Añ. Herodes irat⁹ Psalmi feriales. Allā. ℣. Te martirū cādidatus laudat exercitus dñe. Ad mag. añ. Hi sunt qui venerūt ex magna tribulatione et lauerūt stolas suas et dealbauerūt eas in sanguine agni. Repetat. ā: ps. Magnificat Oratio

Deus qui licet sis magnus i magnis mirabilia tamē gliosius operaris i minimis. da nobis quesum⁹: in eoꝝ celes

britate gaudere qui filio tuo dño nostro testimonium prebuerũt etiã nõ loquẽtes. Qui tecũ. Sanctorũ martini crescentis throphimi ɀ thome. ix. lc. et cantores. Inuitatoriũ Regẽ martirũ. An. Hi pauperes. cum aliis. v. Exultent iusti in conspec.

Lectio prima.

Natalẽ ecclesie nostre hodierna die celebramus: in qua primũ ab apostolis iesu christi domini nostri verbũ vite suscipiens. in eodẽ principiũ sumpsit a quibus etiã nobiliter fundata sctã quondã religione gliosissime fulsit. Cuius sctẽ regeneratiõis augmẽta: sicut sacre pagine testãtur iter sũpsere principia. Cũ paulus aplũs ab hierosolimis vsqꝫ ad illiricũ pene oĩbus diuini seminis verba nũciasset romanis per epistolã aduentũ suũ mittẽs scripsit inter cetera. Audacius autẽ scripsi vobis fratres ex parte. tanquã ĩ memoriã vos reducens. Et post pauca: ꝓpter qđ ɀ impediebar plurimũ venire ad vos. R. Iustorum anime in manu dei sunt. et cetera.

Lectio secunda

Qualiter autem primũ romam venerit hic breuiter adnotari placuit sicut in martirologio antiquo insertũ reperim⁹ Pridie nonas iulii prim⁹ beati pauli apl'i igressus in vrbem romã anno secũdo neronis imperii. cũ iam hec loca ɀ has prouĩcias predicãdo pⱥlustrasset. Ab antiochia ipse cũ barnaba premissus a sancto spiritu: postquã iaꝫ in arabia et cilicia verbum dei aliisqꝫ prouinciis annũciauerat: peruenit soleciam. cyprum. salaminã. paphos. pergen pamphilie. antiochiam que ẽ pisidie yconium. R. In paucis vexati in multis bene disponentur. ɀ cetera. Lcõ tercia

Quo tempore credibile est eni ad hyspanias perrexisse: nec

dum nerone in tanta eru̅pente scelera. quanta de eo narrant hystorie. sicut ipse ad thimotheū scribit dicens. In prima mea defensione nemo michi affuit. sed omnes me dereliquerunt. Non illis imputetur. Dominus autez michi astitit et confortauit me: vt per me predicatio impleatur et audiant omnes gentes. et liberatus sum de ore leonis: Quo in loco manifeste leonis nomine: propter crudelitatem neronem cesarē significari voluit. Premiserat autem in eadem epistola eidem timotheo inter cetera. ita scribens festina ad me venire cito. Demas eni̅ me dereliq̄t diligens hoc seculum. et abiit thessalonicam. Crescens in galliam. Tytus in dalmaciam. Lucas est mecum solus. Marcū assume. et adduc tecum. Est eni̅ michi vtilis in ministerio. Tithicū autem: misi ephesum. ℟. Iusti in ppetuum viuent. ꝛ cetera. vt in cōi pl. mr. mr: Lcō. iiii.

Hunc crescentem supradictum a beato paulo nobis missum primum meruimus habere doctorem. qui cum eodez beato apostolo veniens verbum vite in hac vrbe vienna p̄dicauit. ℟. Reddidit deus mercedem. Quere in cōi plimoꝝ mr. Lcō q̄nta

Ingressus vero eius atq̄ aduentus quarto kalendas ianuarii quod est hodie celebratur. Martirium autem q̄nto kalendas iulii. de quo ita scriptum est. Traditur primum crescentem discipulum pauli gallias venisse. et vienne aliquod temporis resedisse: ac verbum vite ibi primum predicasse. ℟. Hi sunt viri misericordie. ꝛ cetera.

Lectio sexta.

Cōmemorat hoc beatus stephanus pontifex: in epistola quadam ad principē frācoꝝ. Sz ꝛ in cronicoꝝ libris: his v̄bis

ac sillabis scriptū reperit̄. Nero imperator regnauit ānis tredecim. mensibus septē. dieb⁹ viginti octo. Et post pauca hui⁹ secundo anno fest⁹ iudee ꝓcurator successit felici A quo paulus romā vinct⁹ mittit̄: et biēnio in libera manens custodia. ℟. Sancti tui dñe. ₇c. Lcō vii.

Gloriosi martiris thome fratres carissimi natalem celebrātes: quia totius vite ₇ cōuersationis eius insignia recolere nō sufficimus: passionis eius modū causamq̇ʒ succinct⁹ sermo ꝑcurrat. Beatus igit̄ thomas sicut in cancellarie vel archidiaconat⁹ officio in reb⁹ gerēdis incōparabiliter extiterat strenu⁹: ita ₇ post susceptū pastoris officiū supra humanā estimationē factus est deo deuotus. ℟. Hi sunt viri misericordie. Lcō viii.

Actus igit̄ in exiliū a dño alexādro papa tercio senonis honorifice susceptus est ₇ in monasterio pontiniacensi studiose cōmendat⁹ est. Confiscant̄ interim in anglia oēs archiepiscopi redditus vastātur predia possessiones diripiūtur. ₇ excogitato nouo supplicii genere: tota simul thome ꝓscribitur cognatio. ℟. Beati paupes. Lcō. ix.

Omnes etiā amici ei⁹ familiares vel quicūq̇ʒ eum quocūq̇ʒ titulo cōtingebant sine delectu cōditionis: aut fortune: dignitatis aut ordis. etatis aut sexus pariter religant̄. Nam ₇ senes ₇ decrepiti: vagientes ī cunis et mulieres in puerperio decubantes in exiliū acti sunt. ℟. Sancti per fidem. ₇c. Si forte dñica euenerit diuidant̄ lec. supradicte in vi. lect. et vii. viii. et ix. de expositione euāgelii dicant̄. ps Te deum. ℣. Exultabūt sancti. In laudib⁹ añ. Justorū anime. ₇c. cum aliis. Caplm. Justi ī perpetuū. ℣. Clamauerūt iusti. Añ. Scti per fidē. Iterū

repetat añ. ps. Bñd⁹. orõ

Deus q̃ concedis sanctoꝝ martirũ tuoꝝ crescentis throphimi atq; thome natalicia colere. da nobis in eterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per dñm. Ad terciã ad vi. et ix. Capl'a. et. ℞. plurimoꝝ mꝛ. Oratio Deus qui nos concedis. vt supra. Ad vespas Allã ℣. Justi epulẽtur et exultẽt in cõspectu dei delectẽtur in leticia. Ad mag. añ. Isti sunt sancti qui pro dei amore. Repetat añ. Quere in tercio nocturno festi sc̃ti mauricii. Orõ. Deus qui nos concedis. Sc̃ti siluestri epi ⁊ cõfessoris et sc̃tẽ columbe virginis. ix. lc. Ad vespas capl'm. Just⁹ cor suũ. ℣. Justus vt palma. Ad mag. añ. In fide et lenitate.

Da quesum⁹ Orõ. omps deus: vt beati siluestri confessoris tui atq; pontificis venerãda solẽnitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dñz. In die Inuitat. Justus florebit. ps. Venite Añ. Beatus vir. et alie per ordinẽ. et ps. Beatus vir. ℣. Justus vt palma. Quere i cõi sanctoꝝ. Nota q̃ si festũ sc̃ti siluestri ⁊ colũbe die dñica aduenerit. fiat de sc̃tõ totũ officiũ. ⁊ legãtur sex lectiones prime i tribus primis. Alie tres de sancta colũba. Et tres vltime de expositiõe euãgeliũ. Erant ioseph ⁊ maria. Incipit vita sancti siluestri. Lectio prima.

Siluester itaq; cũ esset infantulus. a vidua matre iusta nomie ⁊ ope traditus est cyrino presbitero. Cui⁹ et vitam imitatus et mores. ad summũ apicẽ christiane religiõis attigit. Hic i ipso flore iuuentutis. hospitalitatem tota animi diligentia exhibebat. Quẽ nõ diuitie terrene: sed bone volũtatis thesauri adimplebãt. ℟. Posui adiutoriũ. Lcõ scdã.

Unde factũ est vt venientẽ ab antiochia sanctũ virũ nomi

ne timotheū christum pu
blice predicantē. tempore
psecutionis hospitio su-
scepit: quod facere etiam
ipsi pōtifices formidabāt

℟. Ueritas mea et misericor-
dia mea. vt in cōi. Lcō tercia

Siluester vero
non solum se eū hospi
tio suscepisse gaudebat. sz
timore abiecto: tam vitā
q̄ predicationē eius suis
laudibus cōmendabat.

℟. Justus vt palma florebit
sicut cedrus libani. ⁊ cetera.

Lectio quarta

Igitur cum anni vni⁹
spacium et trium men
sium in thimothei predi
catione fluxisset: et mult⁹
per eum pplūs gentium
cōuersus esset: tētus a tar
q̄nio vrbis p̄fecto longa
carceris custodia macera
tus. tormētis plagarū af
flictus. tercio cesus. tercio
grauissimis penis cōtra-
ctus. quasi bon⁹ athleta
dei cum sacrificare ydolis
noluisset: inter homicidas
decollatus est. ℟. Justus
germinabit. et cetera. vt in
cōmuni plurimor martir.

Lectio quinta.

Cuius corpusculū bea
tus siluester caute et
diligenter nocte colligēs
ad suū hospitium attulit:
ibiq3 sanctū melchiadem
episcopū rogans venire
fecit. Quiq3 cum p̄sbiteris
et diaconibus per totam
noctē in dei laudib⁹ per-
manens: eius martirium
dedicauit: ℟. Jurauit dn̄s.
et non penitebit eum. ⁊ cetera

Lcō vi.

Post hec
terquini⁹ vrbis pre-
fectus estimans quod ali
quas timothe⁹ diuitias
habuisset: tenere fecit sil-
uestrum. Cui et dixit. Nisi
michi omnē illi⁹ scelerati
timothei dederis faculta
tem diuersis penis te in-
terficiam. Et cū multorū
testimonio didicisset. illū
de huius mundi diuitiis
nichil habere: titulū chri-
stianitatis ei opposuit di
cens eum tormentis va-
riis finiendum. nisi spon-
te ydolis inmolaret. Cui
sanctus siluester ait. Sci-

as te eterna damnatione multandū. si non celerius deum dei filium credide-ris iesum christum. Tunc iratus terquinius: iussit eum in carcerem recipi di-cens. Grauissimis tormē-tis: faciam te proxima ces-sione deficere. ℟ Iustum deduxit dominus: Inci-pit passio sancte columbe virginis et martyris.

Lectio septima.

Tempore illo adueni-ens aurelianus impe-rator de partibus orien-tis: cum esset gentilis et ydola coleret: ingressus est ciuitatem senonas: et cepit perquirere quis i ea esset christianus Et audi-uit nomen beate colum-be virginis qd christū co-leret: et iussit eam sibi pre-sentari Ad quam dixit: Que diceris? Illa respon-dit Columba vocor Au-relianus imperator dixit: Quem deum colis? At il-la respondit Nullum ali-um nisi solum dominum iesum christum: qui om-nem hominem ad yma-ginem suam formauit: et dedit ei spiritum suū san-ctum: vt confirmaret nos in ecclesia sua sancta: et in religionis actus perseue-rare faciat. ℟ Beatus vir q inuentus est et cetera

Lectio octaua

Aurelianus impera-tor dixit Columba. Cognouisti decreta que nuper a nobis aduene-runt? Columba respon-dit. Que? Aurelianus imperator dixit. Ut om-nes homines christiani relicta superflua constitu-tione: cognoscant me ve-rum principem: et meos deos adorent Beata co-lumba respondit? Dii qui sunt manufacti pereant: et ipsi qui adorant eos: Michi enim christus de-us meus coronam perpe-tuam dare dignabitur. ℟ Ecce vir prudens et cetera

Lectio nona

Aurelianus impera-tor dixit: per deum meum solem: et per omēs

deos meos cõsenti michi et sacrifica diis. et eris cõiunx filio meo aurelio cesari. et bene erit tibi in domo mea: ꝓpter pulchritudinẽ tuã. Beata colũba respondit. Quando pater tuus diabolus temptans deũ dicebat. Si procidẽs adoraueris me hec omia tibi dabo. dñs respondit Non temptabis dominũ deum tuũ: sed illi soli seruies. Similiter ego tibi dico tyrãne aureliane nõ temptabis ancillã dei patris omipotentis. Aurelianus impator dixit. Sacrifica: ne te turpiter illusam incendã. Sctã colũba respondit. Potens est dñs deus dare in omibus que intuleris tolerãtiam. quia ego eũ in conspectu hoim cõfiteor: vt ille me in conspectu angeloꝝ suscipiat. ℞. Offerẽtur ℣. Specie tua. Quere in cõi virginũ. ps Te deum. ℣. Amauit eũ dñs. In laudib9 añ. Fidelis seruus. ꝛc. i cõi confessoꝝ. Capl'm Iust9 coꝛ suũ ℣. Os iusti. Ad Benedict9 añ. Euge serue bone ꝛc. Orõ. Deus qui inter cetera. Alia orõ de sãcto siluestro. Ambe simul dicant' sup vnũ Per dñz. Orõ. Da quesum9 omps deus vt beati siluestri. vt supra. Ad terciã ad vi. et ad nonã Capl'a ℞. ꝛ orõ de vno cõfessore Natalis scti paracode epi atqꝫ clari abbatis. ix. k'c. Inuitatoriũ. Regem confessoꝝ. Añ. Beati paupes. Et alie per ordinẽ. ps. Btũs vir. cum aliis. ℣. Exultent iusti.

Incipit vita scti clari abbatis. Lcõ prima

Vitam vel actus beati clari pſbiteri ꝛ abbatis scripturus: dei gratiã imploro: vt qui illi dedit bene et sancte viuere. michi quoqꝫ tribuat hostium sermonis illius laudabilia gesta inculpabiliter scribere. Hic a puero iudicius numerũ clarus. in dei omipotẽtis grãm ꝓfecit: a deo vt precib9 suis a dño obtineret que spũ

sancti donũ petenda esse persuaderet. ℟. Iustorũ animе. ₇c. Quere in cõi plurimoꝝ martiꝝ Lcõ. ii.

Accidit vt puer clar⁹ matrē orbatā marito haberet que deuote ad memorias sanctoꝝ martirũ apud viennā: subinde orandi gratia occurrebat cũ qua pedissecus clarus venire solebat. ℟. In pau abita- cis. Lcõ. iii.

Habat autē eadem femina: invico in loco qui belli campus dicit. Hanc cũ consuete quadā die ad orationē clarus sequeretur venerũt ad sanctissimum cenobiũ monachorũ vltra rodanũ. vbi tũc tēporis ossa beatissimi ferreoli martiris quiescebant. ℟. Tanquā aurũ Lcõ. iiii.

Cumqꝫ ibi mulier cũ claro puero suo i cõpunctione posita longiores horas ꝓtraxisset: iam vespe ad hospiciũ suũ reuerti cupiens rodan⁹ agitantibus vētis invndas ꝑiculosissime assurgere cepit. Iā mater cũ claro puero: nauim intrauerat. ℟. Iusti in perpetuũ. Lcõ. v.

Desperatis nautis: pene vndis submersa naui: clarus puer extensis manibus contra ecclesiā beati martiris ferreoli: lachrymis suffusus exclamasse dicitur. Deus ꝑ cuius nomie martir ferreolus mortē suscepit: subueni nobis i ꝑiculo positis. Mox rodanus blandior reddit⁹: nauim breui impulsu ad littora sua transposuit. De periculo erepti mirātes pueri fidem: deo gratias reddiderunt. ℟. Reddidit deus. Lcõ vi.

Erat tunc tēporis vir strenuus ₇ a deo placitus. viennēsis ecclie põtifex cadoldus. Monasteria tam viroꝝ quā sanctimonialiũ sub sctā professione viuentiũ pia districtione. tam i ciuitate quā foris muros ciuitatis: hec precipua erant que regebat. ℟. Sancti tui dñe.

Lectio septima.

Griniancensiū cenobia a sanctis pontificibus vrbis fundata. i quorū maximo ossa beatissimi ferreoli martiris condita venerabātur: sanctimonialiū beatissime virgini colūbe triginta monachas habēs. Nam grinianensiū loca: quadringētos monachos alebāt. ℟. Hi sunt viri. Lco. viii.

Porro sancti petri monasteriū. ad australē partem vrbis situm quingentos pene monachos continebat. Sancti prothasii et geruasii venerabilis memoria: quīquaginta. Similiter sancti iohānis baptiste monasteriū: quinquaginta. Similiter sancti vincentii martiris quīquaginta. Sācti quoqꝫ marcelli martiris cenobium: triginta. Scte blādine viduarū sanctimonialiū locus: viginti quiqꝫ. Sancti andree infra menia vrbis centū. Iterum aliud sancti andree. centum. Sancti nicecii eius vrbis gliosissimi episcopi: quadraginta. Sancti martini cenobiū: centum quīquaginta monachos. sub districtione regulari viuentes adunatos tenebat. ℟. Beati pauperes spiritu. ꝛc. Lco. ix.

Porro in domo maiori sanctoꝝ martirum apostolicam vitam tenētes in vnūqꝫ viuētes plurimi clerici erāt. ita vt turmis dispositis. officioꝝ ministeria peragerent. Apud sanctum seuerū quoqꝫ cetus clericorum venerabilis. Alia quoqꝫ venerabilia sanctoꝝ in vnum conuersantiū habitacula pene a sexaginta sub cura pontificis degentia i viēnensi diocesi. satis ordinabiliter sita erant. Sic tūc temporis ad gloriam omnipotentis dei: viennensium ecclesia florebat. ℟. Sancti per fidem. Psalmus vꝫ. Te deum laudamus. ℣. Exultabunt sancti in gloria. In laudibus an. Iustorum anime. cum aliis. Cap.

Iusti in perpetuum. ℣. Clamauerunt iusti. An. Sancti per fidem. Oratio Deus q̇ nos sanctoꝝ tuoꝝ Ad horas sicut ꝑ timoꝝ cōfessoꝝ Si forte dominica in hac die aduenerit diuidantur ix. lect. in vii. lc. et vii. viii. et nona dicantur de expositione euangelii. Erant ioseph et maria. Sancti florentii martiris ⁊ episcopi viēnensis Inuitat. Regē martirum. An. In lege Et alie per ordinem. ps. Beatus vir. ℣. Gloria ⁊ honore. Lcō prima de sermone sancti augustini

Verbum patris per qđ facta sunt tempora: caro factum. natalem suū nobis fecit in tempore. Et in ortu humano habere voluit vnum diem. sine cuius nutu diuino: null⁹ voluitur dies. Ipse apud patrem ꝓcedit cuncta spacia seculorum. ipse de matre in hoc die. cursibus se ingessit annorum. Homo factus hominis factor. vt suggeret vbera regens sydera. vt esuriret panis. vt sitiret fons. dormiret lux. ab itinere via fatigaretur falsis testibus veritas accusaretur. iudex viuorum et mortuoꝝ a iudice mortali iudicaretur ab iniustis iusticia damnaretur. Flagellis disciplina cederetur spinis botrus coronaretur. ī ligno fundamētum suspenderetur. virtus infirmaretur. san⁹ vulneraretur. vita moreretur. ℟. Gloria et honore.

Lectio secunda

Ad hec atqꝫ huiusmodi sustinēda pro nobis sed indigna vt liberaret indignos. quādo nec ille aliquid mali qui propter nos tanta ꝑtulit mala. nec nos boni aliquid merebamur. qui per eum tanta accepimus bona. Propter hec ergo. qui erat ante omnia secula sine initio dierum dei filius esse in nouissimis diebus dignatus est hominis filius. ℟. Domine preuenisti.

Lectio tercia.

Et qui de patre natus non a patre factus erat: fact⁹ est i matre quā fecerat. vt ex illa ort⁹ hic aliquādo esset: que nisi p illum. nunquā et nusquā esse potuisset. Sic adimpletū est: qđ sacer predixerat psalmus. Ueritas de terra orta est. ℟. Posuisti dñe. ꝛc. Si dñica forte in hac die aduenerit diuidātur tres lc. in vi. lc. et vii. viii. et ix de expositione euangelii. Erāt ioseph et maria Et dicantur ix. ℟. de martire. In laud. añ. Qui me confessus fuerit. ꝛc. Caplm. Beatus vir qui in sapientia. ℣. Stola iocū. Añ Iste sanctus ps Bñdictus Orō Presta quesumus omps deus Ad horas totū de martire Orō Presta quesum⁹ Sancti pauli primi heremite fiat officiū de sctō et nō de octa. ephie Ad vesperas caplm Iustus cor suū ℣ Iustus vt palma Añ In fide Orō Intercessio nos que sumus dñe Inuitatoriū Regem confessorū Añ. Beatus vir. et alie per ordinē ps Beatus vir cū aliis

Incipit vita scti pauli primi heremite Lcō pria

Inter multos sepe dubitandū est a quo potissimū monachoꝝ heremꝰ habitari cepta sit Quidam eni altius repetētes a beato helya ꝛ iohanne principia sumpserūt Quorū et helya plus nobis videtur fuisse quā monach⁹ et iohānes ante ꝓphetare cepisse quā natus esset ℟ Euge serue bone lc ii

Alii autē in quā opinionē oīe pene vulgus consentit asserūt anthonū huius ꝓpositi caput: qđ ex parte verū est: Non eni tam ipse āte oēs in heremo fuit: quā ab eo omniū incitata sunt studia. Amathas vero ꝛ macharius discipuli anthonii e quibus superior magistri corpus sepeliuit: Et iam nūc affirmant paulū quendā thebeū: principē rei nō nominis Quā opi-

nionē nos quoq; proba-
mus veram esse Nōnulli
et hec et alia prout volū-
tas tulit Jactitāt subter-
raneo specu crinitū calca
neo tenus hoiem: et mul
ta que persequi occiosum
est incredibilia fingentes
Quoꝝ et impudēs mēda
ciū fuit: ne refellenda qui
dem sentētia fuit ℞ Col-
laudabūt Lcō tercia

Igitur de anthonio tā
greco quā romano sti-
lo diligēter memorie tra-
ditum est: pauca de pauli
principio et fine: prescribe
re disposui: Magis quia
res omissa erat: quā fret⁹
ingenio Quomodo autē
in media etate vixerit: Et
quantas sathane ptulerit
insidias: nulli hoim com
pertū habetur Sub decio
et valeriano persecutori-
bus: quo tēpore corneli⁹
rome: cyprianus cartagi-
ne: felici cruore damnati
sunt: mltas apud egyptū
⁊ thebaidam ecclesias. se-
va tēpestas populata est
℞. Elegit eū dn̄s. ps. Te deū

℣. Amauit eū. Añ. Euge ser-
ue bone. Caplm. Iust⁹ cor
suū. ℣. Os iusti. Ad Bnd.
añ. Similabo Orō. Inter-
cessio nos. ⁊c. Ad horas
totū de vno cōfessore. orꝝ.
Intercessio nos. San
cti felicis presbiteri. et scti
coaldi epi et confes. clas.
Inuitatoriū Regē confesso
rum. Añ. Beati paupes. ℣.
Exultent iusti ℞. Absterget
deus. ℞. Salus aūt. ℞ Mi
rabilis deus. In cōe sctoꝝ.
ps. Te deum. ℣. Exultabūt
sancti In laud. añ Tanquā
aurū. Caplm. Iusti in per
petuū. ℣. Clamauerūt. Añ.
Sancti qui sperant in dn̄o. ps.
Benedictus Orō ad oēs
horas pter primā ⁊ cōpl.

Concede quesum⁹ om
nipotēs deus: vt ad
meliorē vitā sanctoꝝ tuo
rū exempla nos puocent
quatinus quoꝝ solemnia
agimus etiā actus imite
mur. Per dn̄m. Ad horas
sicut pmoꝝ mr. Oratio.
Concede quesum⁹. Sā
cti mauri abbatis ⁊ cōfes.
Ad vespas caplm. Iustus

cor suū. ℣. Justus vt palma
An. In fide et lenitate. Ceca
Orō. Intercessio nos. &c
Inuitatoriū. Regem confessorū. An. Beatus vir. ps.
Ipsum. ℣. Justus vt palma
℟. Euge serue bone. ℟. Col-laudabūt. ℟. Elegit. ℣. Amauit eum dn̄s. An. Euge serue bone. Caplm. Justus cor suū. ℣. Os iusti. An. Simi-labo. ps. Bn̄dictus. Orō.
Intercessio nos. Quere i festo sancti bn̄dicti abbatis. Ad horas sicut de vno cōfessore. Scti marcelli pape et martiris Ad vespas caplm. Btūs vir qui in sapiētia. ℣. Gloria et honore. An. Hic ē vere martir. ps. Mag. Orō.

Preces populi tui que sumus dn̄e clemēter exaudi: vt beati marcelli martiris tui atqꝫ pontificis meritis adiuuemur cuius passiōe letamur. Per dn̄m. Inuitato. Regē martirū. An. In lege dn̄i. ps. Beatus vir. ℣. Gloria et hono. Cet. de hystoria. ℟. Gliar honore. ℟. Dn̄e preuenisti. ℟. Posuisti dn̄e. In laud. an. Qui me confessus fuerit. Capitulū. Btūs vir qui i sapientia. ℣. Stola iocū. An. Iste sanctus. ps. Bn̄dict9. Orō. Preces populi tui. Ad horas sicut de vno martire. Orō. Preces populi. Scti anthonii confessoris Ad prias vespas sup psalmos an. Dū migraret glosus anthonius pauper rebus & spū de vestimentorū diuisione discipulos ꝓmonebat dicens mellotē et palliū tritū athanasio episcopo date aliū vero melotem serapiū epūs accipiat. Psalmi feriales illi9 diei Caplm. Justus cor suū. Ad Mag. a. Dies ista celebris nostris orta tenebris post mūdane vite curas post labores & ꝑssuras inclitū anthoniū celi sup soliū ad vitā parturiit. ps. Mag. Orō ad oēs horas ꝑter primā & cōpl.

Deus qui cōcedis obtentu bti anthonii cōfessoris tui morbidum ignē extingui & membris egris refrigeria ꝑstari: fac nos ꝑpicius ipsi9 meritis

⁊ intercessiõe a gehēne i-
cendiis liberatos integros
mēte ⁊ corpore tibi felici-
ter i glia p̄sentari. Per do
minū. Ad compl. y⁹. Je-
su saluator. Inuita. Jubi-
lemus voto pari deo nostro sa
lutari Qui cū āgelis letari con
tulit āthonio. Ps. Venite.
In p̄rio noct. ā. Parentib⁹
religiosis et nobilib⁹ glīosus
anthoni⁹ apō egyptū oriund⁹
fuit. Ps. Btūs vir. An. Bea
tus anthoni⁹ euāgelii nō ime-
mor paterna p̄dia distraxit oīa
et pauper p̄cia dedit paupibus
Ps. Quare fre. An. Ab omi
bus seculi viculis liberat⁹ aspe
rū vehemēter et arduū arripuit
institutū. Ps. Dn̄e q̄d mul.
V. Justus vt palma. Inci
pit vita scti anthonii con
fessoris. Lcō prima.
Igitur anthoni⁹ nobi-
lissimis religiosisq;
parentibus egypti oriun
dus fuit. tanta suoꝝ nutri
tus cura: vt nichil aliō p̄-
ter parētes domūq; cog-
nosceret. Et cū iā puer es-
set non se litteris erudiri
nō ineptis infantiū iūgi
passus est fabulis: sed bo-
noꝝ desiderio flagrans se
cundū qō scriptū est inno
center habitabat domi. R.
Celebret ecclesia laudes et so-
lemnia gloriosis insignita me-
ritis anthonii Qui celestem vi
tam ducens angelum non here
mitam p̄tēdebat morib⁹. V.
Ab omnibus seculi vinculis li
beratus asperum nimis et ar-
duū arripuit institutum. Qui
celestem. Lcō secūda.
Ad ecclesiaz quoq; cū
parentibus sepe con
ueniens nec infantiū las-
ciuias: nec pueroꝝ negli
gentias certabat. sed que
legebantur abscultās pre
ceptorum vtilitatem vite
institutione seruabat. Nō
suis vt assolet illa etas p
variis et delicatis cibis
vnquā tedio fuit: nō esse
mollioris blandimēta se
ctatus est. His solū que
dabantur cōtemptus: ni-
chil āpli⁹ reqsiuit. R. Ibat
btissimus p cellas monachorū
vitas patrū et virtutes singu-
lorū diligēter attendens. Qui
fructificauit satis sicut apes q

gustatis mel eructat floribus
℣. Continentiā istius humilita
tē illius patientiā alteri⁹ secta
batur. Qui fructificauit.. ℟c.
iii.
Post mortē autē
parentū annoꝝ circi
ter decē ⁊ octo seu viginti
ad modū secū sorore par-
uula derelictus: et dom⁹
et sororis honestā curam
gerebat. Nec dū vero sex
finierant menses quibus
ad ecclesiā vt solebat ac-
currens: recordabaꝰ quo
modo apostoli oībus pre
termissis: sequuti fuissent
saluatorem. ℟. Flagellat⁹
a demonibus atqꝫ cōfossus an
thonius dei presentiā et miam
intellexit in lumine et suspiciēs
in celū clamabat Ubi eras iesu
bone vbi eras. ℣. Quare non
affuisti a principio vt sanares
vulnera mea. Ubi eras. In
scdo noct. añ. Sctūs antho
nius habitās in abditis inter
primos heremi cultores inuen
tus est in egyptū. Ps. Cū in-
uocarem. Añ. Orabat dei
famulus inter multipharias de
monū tēptationes dicens nul-
lus me separabat a caritate
christi. Ps. Uerba mea. Añ
Nunquā ira subita concitatus
fregit patientiā aut humilitatē
erexit in gloriam. Ps. Domine
dñs noster. ℣. Amauit eum
dominus. ⁊c. Lcō. iiii.
Et multi i actib⁹ apo-
stoloꝝ facultatibus
suis vēditis precia ad pe-
des eoꝝ detulissent: egen
tibus parcienda que aut
quāta spes iisdē reposita
esset in celis. Talia supra
dicta dei famulus secum
voluens intrauit ecclesiā
Accidit vt tūc euangeliū
legeretur in quo dñs di-
cit ad diuitē. Si vis perfe
ctus esse vade ⁊ vēde oīa
que habes. et da pauperi
b⁹. ⁊ habebis thesaurū in
celo. et veni sequere me.
℟. Pernoctans dei famulus
in orōne sepiūssime semel i die
post solis occasum mā ducabat
Nonnunꝗ̄ biduo triduoqꝫ sic
pmanens in quarta die reficie-
batur. ℣. Sumebat autē panē
et salem et potū aque paruulū
Nonnūꝗ̄ biduo. Lcō. v.
Quo audito quasi di-
uinitus huiusmodi

in memoria concepisset et
veluti propter se hec scriptu
ra esset recitata ad se dñi
cum traxit imperiũ: Sta
timq; egressus possessio
nes quas habebat vici
nis largitus est. ne in ali
quo aut sibi aut sorori mo
lesta gigneret. Ceteravero
ro que imobilibus possi
debat vniuersa vendidit
Et cõgregato nõ exiguo
precio omia indigentib9
dedit parui ob sororẽ re
seruatis: que et sexu et etate
videbatur infirmior. R.
Sermo eius secundũ apostolũ
sale conditus cõsolabatur me
stos docebat indoctos mitiga
bat iracũdos suadens omibus
Ut amore iesu christi nichil an
te ponerent. v. Multos ab i
mundis spiritibus et a varijs
langoribus liberauit. Ut amo
rursus re. Lcõ vi.

R autem ecclesiam in
gressus cũ audisset i euã
gelio. Nolite cogitare de
crastio. reliquã quoq; por
cionẽ paupibus distribu
it. Neq; versari passus est
domi. sed sorore fidelibus
ac notis virginibus com
mendata: vt ad earũ nu
triretur exemplũ. ipse etiã
seculi vinculis liberatus
asperũ atq; arduũ arripu
it institutũ. R. Intellexit ã
thonius corpusculũ sancti viri
sibi sepeliendũ a dño reseruari
Mestus et sollicitus q sarcu
lum cũ quo terrã foderet nõ ha
beret. v. Cũq; respiceret ecce
duo leões deposita ferositate
venerũt quorũ ãminiculo sepe
liuit eum. Mestus et sollicit9.
In tercio noct. añ. Sepi9
autẽ tam apertis in eum telis
irruebat vt nullus ambigeret
quod contra diabolũ dimica
ret. ps. Dñe quis habi. ã.
Iocũdus et affabilis iuxta pre
ceptũ apostoli diuinũ sermonẽ
sale conditũ proferebat. ps.
Dñe in virtute. Añ. Uox
de celo ad anthoniũ facta ẽ qm
viriliter dimicasti ecce ego tecũ
sum et faciã te in toto orbe no
minari. ps. Dñi est terra. v.
Iustum deduxit Lcõ vii.

Nec dum autem crebra
erant in egypto mo
nasteria. sed si quis puri9
christo seruire cupiebat p

cc

cul a villa sua separat⁹ in-stituebat. Erat igitur i a-gello vicino senex quidã vitam solitariã a prima etate agens. Hunc antho nius: emulatus est ad bo nũ: Et primo quidẽ inci-piens etiã ipse in locis a villa remotiorib⁹ mane-bat. ℟. Factũ est dũ paulus spm̃ dño reddidisset btũs ãtho ni⁹ festin⁹ rediẽs vidit eũ inter choros ãgelorũ candore niuco fulgẽtẽ in sub lime ferri. Et plo-rãs & eiulãs dicebat cur me pau le dimittis ℣. Cur abis insalu tatus tam tarde notus quã ci to recedis. Et plorans. Lec. viii.

Operabat manibus suis: sciẽs scri ptum esse: qui nõ operat. nec manducet: mercedem sane operis sui precio pa nis excepto egentib⁹ lar-giebatur. Orabat frequẽ-ter. quippe que didicerat: quod oporteret sine cessa tione dñm rogari. Audi-tioni etiã scripturarũ: ita studium condebat. vt ni-chil ex eius animo labere tur: sed vniuersa dñi prece pta custodiens: memoriã pro libris habebat. sic suã vitã instituens: vt ab vni uersis fratribus puro dili geretur affectu. et ꝓprias singulorum grãs hauriret. ℟. Panem angelorũ mandu-cauit anthonius dũ ad tugu-riũ pauli primi heremite lupã sequens diuertisset coruus e-nim nutu dei. Panem tulit in tegrum quẽ per annos sexagin ta tulerat dimi diũ. ℣. Eya in quit paulus sumamus cibũ quẽ dñs militibus suis duplicauit ad nonã. Panẽ tulit integrum Lec. ix.

Huius conti-nentiã illi⁹ iocundi tatẽ sectabatur. Istius le-nitatẽ. illius vigilias: al-terius legendi: emulabat industriã. Iustũ ieiunan-tẽ. illum humi quiescentẽ mirabat: alteri⁹ patientiã alterius mansuetudinem predicabat: Omni itaque vi-cariã erga se retinẽs cari-tatem. atque vniuersis vir-tutum partibus irrigatus ad sedẽ propriã regredie-batur: ibi secũ vniuersa ꝑ-tractans. olim in se bona

nitebatur exprimere. ℟. Plaude vienna manu tãto do tata patrono quem dedit egy‑ptus pignora cara sibi Percu tit et sanat extinguit et excitat ignes. ℣. Ardētes minat into‑nat ãthoni⁹. Percutit. ps. Te deũ. ℣. Amauit eũ do. In l. ã. Bonũ egipto medicũ xp̃us indulserat q̃ tristiciã in gaudiũ et iracũdiã mutabat in pacē. ã. Semp hilarē faciē gerēs nec se cũdis extollebat nec frangebat aduersis. ã. Clamabat quedã mulier ad btm̃ anthoniũ expe‑cta homo dei expecta quia filia mea a demonio vexatur. Añ. Benedictus deus qui dat omi bus affluenter et nõ imprope‑rat seruo suo tantam contulit gratiã vt ⁊ sanitatē restauraret et spiritibus impera et imun‑dis. Añ. Equalitatem proposi ti iugiter tenens nec vestimen‑tũ mutauit nec pedes lauit nec escam sectatus est meliorem. Capitulũ. Justus cor suũ. ℣. Os iusti Ad Bened. a. Post paucos dies gl'iosus an thonius cum incōmodum non mediocre senilia membra pulsa et ego inquit filioli patrũ no‑strorum gradior viam dñs me inuitat iam cupio videre cele‑stia. Orõ. Deus q̃ cõcedis Ad terciã vi. ⁊ ix. capl'a ℟. et ℣. vnius cõfes. Oratio De⁹ q̃ cõcedis. Ad ṽs. ãe ⁊ ps. ferial. Capl'. Justus cor suũ. ℣. Justus vt palma Ad Mag. a. Da patris an‑thonii meritis nos christe iu‑uari quem chorus exultat no‑ster habere ducem multiplices subuerte dolos laqueosqз sini stros quos drago versatus tē dit vbiqз suis. Orõ. De⁹ qui cõcedis. Ad cõpl. ṽ⁹. lucis. Scte prisce vgis ⁊ mris Ad matut. Inuita. Regē virginũ. ã. Hec ē q̃ nescã uit. ⁊ alie g ordinē. ps. Do mie dñs nr̃. ⁊c. ℣. Diffusa ē grã. ℟. Hec ē vgo sapiēs. ṽ⁹. Simile ē. ℟. Propt veritatē. ℣. Spē tua. ℟. Simile ē regs nũ celorũ. ℣. Prudētes. ℣. Ad iuuabit eã. In l. ã. Hec ē vgo sapiēs. Cap. Qui gliat. ṽ⁹. Audiuit⁊ le. Ad Bñd. añ. Inuēta bona margarita. Orõ

N a quesum⁹ op̃s de⁹ vt qui beate prisce virginis et martyris tue

natalicis colimus: et annua solennitate letemur et tante fidei proficiamus exemplo. Per dñm Ad terciã vt. et. ix. capl'a. et. R. de virginib⁹. Orõ. Da que sum⁹ oṗs deus. vt supra.

Sctõꝝ martirꝝ spensipi: elasipi et melasipi. clas. ad vespas capl'm Iusti i perpetuum. V. Exultent iusti. ã. Istorũ est eni. Orõ. Deus q̃ nos concedis. Ad matutinas Inuitat. Regẽ martirũ. An: Beati paupes. ꝛc. V. Exultent iusti. R. Iustorũ anime. R. In paucis verati. R. Tanquã aurũ. ps. Te deum. V. Amauit. In laud. añ. Iustorũ anime. Capl'm. Iusti in perpetuũ. V. Clamauerũt iusti. Ad Bñd⁹. ã. Sancti per fidem. Orõ. De⁹ qui nos concedis. Ad horas: capl'a et. R. sicut p'limoꝝ mrꝝ: Orõ. De⁹ q̃ nos concedis. vt sup.

Sctõꝝ martirꝝ fabiani et sebastiani. clas. Ad vespas capl'm. Iusti in perpetuũ. V. Exultent iusti An Sebastianus vir christianissimus quẽ occultabat militaris habitus et clamidis obumbrabat aspectus. ps. Mag. Orõ

Infirmitatẽ nostrã respice omṗs deus: et quia pondus ꝓprie actionis grauat beatoꝝ martirũ tuoꝝ fabiani atq; sebastiani intercessio gloriosa nos ꝓtegat. Per dñm.

Ad matut. Inuitat. Regẽ martirũ. ꝛc. Añ. Beati pauperes. et alie per ordinẽ. V. Exultent iusti. ꝛc. Incipit passio sancti sebastiani.

Sebastianus L. pria vir christianissim⁹ mediolanensiũ partiũ ciuis diocleciano et maximiano imꝑatoribus ita carꝰ erat vt principatũ et prime cohortis traderent et suo cũ conspectui iuberẽt semꝑ astare: Erat eni vir totius prudentie. i sermone verax. in iudicio iustus in consilio prouidus. i cõmisso fidelis. in interuentu strenuus. i bonitate cõspicuus. in vniuersa moꝝ probitate preclarus. R. Sebastianus vir christianissi-

mus Quē occultabant milita
ris habitus et clamidis obum
brabat aspectus. ℣. Hunc mi
lites ac si patrem carissimo ve
nerabātur affectu erat em̄ ver⁹
dei cultor. Quē occul. L. ii.

Hunc milites ac si pa
trem venerabantur:
hunc vniuersi qui preerāt
palatio carissimo venera
bātur affectu. Erat em̄ ve
rus dei cultor: et necesse
erat vt quē deus psuade-
rat gratia sua: ab omnibus
amaretur. Christo igit̄ se-
dulū exhibebat officium.
sed agebat quatben⁹ hoc
sacrilegis regib⁹ esset oc-
cultum: non passionis ti-
more perterritus: nec pa-
trimonii sui amore pstri-
ctus. sed ad hoc tātū sub
clamide terreni impii chri
sti militem agebat abscō
ditum: vt christianoꝝ ani
mos quos inter tormēta
videbat deficere cōforta-
ret: et deo redderet aīas
quas diabolus conabat̄
auferre. ℟. Christo quotidie
sedulum exhibebat officiū. Et
christianorum animas quas in
tormentis videbat deficere cō
fortabat. ℣. Erat em̄ in sermo
ne verax in iudicio iustus et in
vniuersa morū honestate pre-
clarus. Et christianorū. L. iii.

Denicꝫ postq̄ multas
martirū mentes a ti
more passionis eripuit: ⁊
ad coronā ꝑpetue glorie
incitauit. ipse quocꝫ quis
esset apparuit. quia lumē
in tenebris latere nō po-
tuit. Clarissimis igit̄ vi-
ris marcelliano ⁊ marco
duobus gēmis fratribus
pro christi nomīe in vin-
culis cōstitutis. quotidie
solatiū exhibebat: et tam
ipsis quā seruis eoꝝ cum
quibus tenti fuerant salu
taria fidei consilia mīstra
bat: quibus fugitiua secu
li blandimēta respuerent
et momētanea tormento
rum genera nō timerent.
Quicꝫ cū beatissimis con
solationib⁹ acquiescerēt.
et verbera carnificū ani-
mo pseueranti transirent
capitalem iussi sunt subire
sententiā. ea scilicet rōne
vt si eodē momento quo

decollandi erant sacrificiis consensissent: et parentibus suis et cóiugibus et filiis et facultatibus redderentur. ℟. Sebastianus dei cultor studio se curabat sub absconso clamidis sctorum animas confortabat. Spem promittés et gloriá consequi sempiterná. ℣. Multas denique martirum mentes a timore passionis eripuit: et ad coroná ppetue glorie incitauit. Spem Si forte die dñico aduenerit diuidátur supradicte lectióes in .ix. vel in vi. si fuerit expositio. et dicantur sequentia ℟. Iustorum aie. ℟. In paucis vexati ℟. Tanquá aurum. ℟. Iusti in ppetuum. ℟. Reddidit deus. ℟. Scti tui dñe. ℟. Sebastianus vir christianissimus. ℟. Christo quotidie. ℟. Sebastianus dei cultor. ps. Te deum. ℣. Exulta būt scti in glia. In l. á. Sebastianus mediolanensium ciuis qué pfuderat dei grá ab omnibus amabatur. Añ. Christo quotidie sedulum exibebat officium erat enim verus dei cultor. Añ. Sebastianus dei cultor studio se curabat sub absconso clamidis sanctorum aias confortabat spem pmittens et gloriá consequi sempiterná. Añ. Sebastianus dixit marcelliano et marco non vos seducát blandiméta mulierum. Añ. Sebastianus vir christianissimus vt supra. Cap. Iusti in ppetuum. ℣. Clamauerunt iusti. Añ. Zoe vxor nichostrati dixit beato sebastiano btūs es tu et bñdictus sermo oris tui. Oró. Infirmitaté nostrá. vt supra. Capl'a et ℟. sicut plurimorum mar. Oró. Infirmitaté nostram. Scté agnetis virginis et mris. ix. l'c. Ad vs.

Qui gloriatur Cap. in dño glorietur. non enim qui seipsum cómédat ille pbatus est: sed qué deus comendat. Deo grás. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis Propterea bñdixit te deus in eternum. Ad Mag. añ: Beata agnes in medio flámarum expansis manibus orabat benedico te venerande colédé pater metuende qa per sctm filium tuum minas euasi sacrilegii tyránni et carnis spurcicias imaculato calle tráfiuit ecce venio ad

te quē amaui quē q̄sivi quē sp optaui. Orō.

Omnipotens sempiterne de⁹ q̄ īfirma mūdi eligis vt fortia queque cōfundas: cōcede ꝓpicius: vt q̄ btē agnetis martiris tue solēnia coli- mus ei⁹ apud te patroci- nia sentiamus. Per dn̄m

Ad compl. y⁹. Jesu salua tor. Ad matut. Inuitat. Regē virginū dn̄m. In p̄io noct. an̄. Discede a me pabu lum mortis q̄a iam ab alio a- mat ore preuēta sum ps. Bea tus vir q̄ nō abiit. An̄. A- nulo suo subarrauit me domi- nus me⁹ iesus christ⁹ ꝛ tāquā spōsam decorauit me corona. ps. Quare fre. An̄. Dexterā meā et collū meū cinxit lapidi- bus p̄ciosis tradidit auribus meis īestimabiles margaritas ps. Dn̄e q̄d multi. ℣. Anu lo suo subarrauit me. ℟. Dn̄s me⁹ iesus xp̄s ꝛ tanquā spon- sam decorauit me corona.

Incipit passio scte agne- tis v̄ginis ꝛ m̄ris. L. p̄ia

Seruus christi ambro- sius ep̄ūs. v̄ginib⁹ sa- cris. Diē festum sacratissi me virginis celebremus Hinc psalmi resonāt: inde concrepāt lectiōes. Hinc populoꝝ turbe letant: in- de subleuantur pauperes christi. ℟. Diē festū sacratis sime virginis celebrem⁹ quali- ter passa sit btā agnes ad me- moriā reuocemus Terciode cimo etatis sue āno mortē p di dit et vitā inuenit. Quia solum vite dilexit auctorē. ℣. Infan- tia quidē cōputabat in ānis s3 erat senect⁹ mētis imensa. Q̄r solum vite. Lectio scd̄a.

Omnes ergo gratule- mur in domino: et ad edificationem virgi- num qualiter passa sit ag- nes beatissima: ad memo riā reuocemus. Terciode cimo etatis sue āno. mor- tem pertulit et vitam in- uenit. quia solum vite di- lexit auctorem. Infantia computabatur in annis: sed erat senectus mentis immensa. Corpore qui- dem iuuencula: sed ani- mo caua. pulcra facie: sed pulcrior fide. ℟. Dex tram meam et collū meū cinxit

lapidib⁹ preciosis tradidit au
ribus meis inestimabiles mar
garitas. Et circūdedit me ver-
nātibus atqꝫ choruscantibus
gēmis. ℣. Posuit signū in fa-
ciē meam vt nullū preter eum
amatorem admittā. Et circū.

Dum a scho- Lcō. iii.
lis revertitur: a pfe-
cti vrbis filio adamatur.
Cui⁹ parētes dū requisiss-
set et iuenisset. cepit offer
re plurima: ⁊ pluriora pro
mittere. Denicꝫ detulerat
secū pciosissima ornamē-
ta: que a beata agne velu
ti quedā sunt stercora re-
cusata. Unde factū est: vt
iuueni maiori purgeretur
stimulo. Et putās eā me-
liora velle accipe ornamē
ta: omnē lapidē preciosū
secum defert et gliam. Et
per semetipsum. ⁊ per ami
cos. et notos. et affines.
cepit aures virginis ap-
pellare: diuitias. domos.
possessiones. familias. at
cꝫ omīs mūdi diuitias re
promittere: si cōsensum su
um eius cōiugio non ne-
garet. ℟. Induit me dn̄s ve
stimento salutis et indumento
iusticie circūdedit me. Et tan-
quā sponsam decorauit me co-
rona. ℣. Tradidit aurib⁹ meis
inestimabiles margaritas ⁊ cir
cundedit me vernātibus atqꝫ
choruscātibus gēmis. Et tan-
quā. In scdo noct. an̄.
Posuit signū in faciē meam vt
nullū preter eum amatorē ad-
mittam. ps. Cū inuocarē
Anti. Induit me dn̄s ciclade
auro texta et imensis monilib⁹
ornauit me. ps. Uerba mea
An̄. Mel et lac ex eius ore su
scepi et sanguis eius ornauit
genus meū. ps. Domīe dn̄s
noster: ℣. Dexterā meā ⁊ col
lū meū cinxit. ℟. Lapidibus.
pciosis tradidit in aurib⁹ meis
inestimabiles margaritas.

Ad hec beata L. iiii.
agnes: tale iuueni
fertur dedisse responsum.
Discede a me fomes pcti.
nutrimentū facinoris pa
bulū mortis. quia iam ab
alio amatore preuēta sū.
qui michi satis melior a
te obtulit ornamenta. et
anulo fidei sue subarrauit
me: longe te dignior: ⁊ ge

nere ⁊ dignitate. ℟. Amo christum in cuius thalamū introiui cuius mater virgo est cuius pater feminā nescit cuius michi organū modulatis vocibus cantant. Quē cum amauero casta sum cū tetigero mūda sum cum accepero virgo sum. ℣. Anulo fidei sue subarrauit me et tanquā sponsam decorauit me corona. Quem. L.v.

Ornauit inestimabili dextrocherio dexterā meam: ⁊ collū meū cinxit lapidib⁹ p̄ciosis. tradidit auribus meis īestīmabiles margaritas: et circūdedit me vernantibus atq; choruscātibus gemmis Posuit signū in faciē meā: vt nullū preter ipsū aliū amatorē admittam. Induit me ciclade auro texta. et imensis monilibus ornauit me. Ostēdit michi thesauros incōparabiles. quos michi se donaturū: si in eū p̄seuerauero repromisit. ℟. Mel et lac ex eius ore suscepi. Et sanguis eius ornauit genus meū cuius pulcritudinē sol et luna mirātur ipsi soli seruo fidē ipsi me tota deuotione cōmitto. ℣. Ostēdit michi thesauros incōparabiles quos michi se daturū repromisit. Et sanguis eius

L.c.vi.

Non ergo potero ad contumeliā prioris amatoris aliū vel aspicere et ipsum derelinquere: cū quo sum dei nupta caritate. Cui⁹ est generositas celsior possibilitas fortior: aspectus pulcrior: amor suauior: et omī gratia elegantior. A quo michi iam thalamus collocatus est: cui⁹ michi organa modulatis vocib⁹ resonāt. cui⁹ michi virgiēs iustissimis vocib⁹ cantāt ℟. Iam corpus eius corpori meo sociatū est et sanguis ei⁹ ornauit genus meū. Cuius mater virgo est cuius pater feminā nescit. ℣. Induit me dn̄s ciclade auro texta et imensis monilibus ornauit me. Cui⁹ mater.

In tercio noct. añ. Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt cuius pulcritudinē sol et luna mirātur. p̄s. Dn̄e q̄s habitabit. Añ. Cui⁹ pulcri

tudinem sol et luna mirantur ipsi soli seruo fidem. ps. Eructauit. An. Ipsi soli seruo fidē ip si me tota deuotiōe cōmitto. ps. Deꝰ noster refugiū. v. Induit me dn̄s cicla de auro texta. R. Et imensis monilibꝰ ornauit me. Lectio vii.

Iam mel et lac ex eius ore suscepi: iam āplexibus eiꝰ castis astricta sū iam corpus eius corpori meo sociatum est. et sanguis eius ornauit genus meū. Cuiꝰ mater virgo ē: cuiꝰ pater feminā nescit. cui angeli seruiūt. cuiꝰ pulcritudinē sol ⁊ luna mirātur: cuiꝰ odore reuiuiscūt mortui. cuiꝰ tactu confortātur infirmi. cuius opes nūquā deficiunt. cuiꝰ diuitie nō decrescunt. Ipsi soli seruo fidē. ipsi me tota deuotione cōmitto. Quē cū amauero casta sum. cū tetigero munda sum. cū accepero virgo sum. Nec dederūt post nuptias filiū vbi partꝰ sine dolore succedit. et fecunditas quotidiana cumulatur. R. Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt cuius pulcritudinem sol et luna mirantur. Ipsi soli seruo fidem ipsi me tota deuotione committo. vꝰ. Dexterā meam et collū meum cinxit lapidibus preciosis tradidit auribus meis iestimabiles margaritas Ipsi soli seruo. Lcō viii.

Audiens hec insanissimus iuuenis amore capitur ceco. et inter angustias animi ⁊ corporis hēnelo cruciabatur spiritu. Inter hec lecto prosternitur. et per alta suspiria amor medicis aperitur. Fiunt nota patri que fuerunt inuenta a medicis: et eadē paterna voce que fuerant iam dicta a filio. ad petitionem virginis reuoluūtur. R. Offerentur regi. vꝰ. Specie tua, et cetera.

Quere in festiuitate sancte lucie in nona lectione.

Lectio nona.

Abnegat agnes btīssima: ⁊ se nullo modo asserit prioris sponsi federa violare. Cūqꝫ pater diceret in fascibus se prefec

ture agere. et iccirco non sibi quauis etiā illustrissimū posse perferri: cepit tamen vehemēter inquirere quis esset sponsus: de cuius se agnes potestate iactaret. Tunc extitit quidā ex parasitis ei⁹ q̄ diceret hanc christianā esse ab infantia ⁊ magicis artibus ita occupatā: vt dicat christū sponsum suū. ℟. Omnipotens venerande colende tremende benedico te. Quia per filium tuū vnigenitum euasi minas hominū impiorū et spurcitias dyaboli in polluto calle transiui. ℣. Te confiteor labiis te corde te totis viscerib⁹ concupisco. Quia per. ps. Te deum: ℣. Adiuuabit eam. In laud. añ. Christi virgo nec terrore cōcutitur nec blandimento seducitur. Añ. Mecū enī habeo custodē corporis mei angelum dñi Añ. Ingressa agnes turpitudinis locum angelum dñi preparatū inuenit. Añ. Benedico te pater domini mei iesu christi quia per filiū tuū ignis extinctus est altare meo. Añ. Christus circūdedit me vernātibus atq₃ chorus cantib⁹ gēmis preciosis. Capitulū. Qui gloriatur. ℣. Audiuit et le. Ad Benedictus añ. Ecce quod cupiui iā video quod speraui iam teneo illi sum iuncta in celis quem in terris posita tota deuotiōe dilexi. Orō. Omps sempiterne deus. vt supra. Ad terciā ad vi. et ad. ix. capl'a. de virginib⁹. orō. Omps sempiterne deus. Ad vespas āe. et ps. feriales. Capitulū. Qui gloriat ℣. Diffusa. Añ. Christi virgo. que re in laudib⁹ Ad compl'. ℣. Te lucis Scti vincētii mris. ix. lc. Ad matut. Inuitat. Adorem⁹ verū deū in trinitate cōfitentē. Qui post pugnā victorib⁹ dat coronā militib⁹ valerio liliosā vincentio purpureā. ps. Venite. In primo noct. ā. Sctūs vincētius a pueritia studiis litterarū tradit⁹ supna sibi ꝓuidēte clemētia gemina sciētia efficacissime claruit. ps. Btūs vir. Añ. Scitate quoq₃ insignis diaconii arce susceptat vices pōtificis diligēter exeq̄bat ps. Quar fr.

An. Valerius igitur epūs et leuita vincentius spe fruendi victoria diuinitus subnixi in confessione deitatis alacriter cucurrerūt. ps. Dn̄e quid. v. Gloria et honore. Incipit passio scti vincentii martiris. Lectio prima.

Probabile satis est ad gloriā vincentii martiris qd descriptis passionis ipsius gestis titulum inuidit inimicus. Unde reddimus fide plena relationē gestorꝝ: que litterarꝝ apicibus annotari. iudex nō īmerito noluit: quia victum se erubescebat audiri. R. Sacram p̄sentis diei solemnitatē humili celebremus deuotione qua inuictus christi martir vincentius tyrāno deuicto Insignē victorie palmā celo gaudens intulit. V. Peracto passionis sue venerādo triumpho angelorū ciuibus cōmutatus Insignem. L. ii.

Naturalis siquidē prouidentia est male errantiū: auferre de medio testimoniū pbitatis. Sz qm̄ nobilē martiris triumphum. noticie fideliū tradere disponim⁹: dignū est vt et generis ipsius nobilitas breuiter intimetur. R. Sctūs vincentius ipi martir puidente supna clementia que sibi cum prouidebat. Uas electionis fuit urū gemina sciētia efficacissime claruit. V. Sāctitate quoqz insignis diaconii arce suscepta vices pontificis diligēter exequebat. Uas electionis Lcō tercia.

Extitit eī̄ patre eutbicio progenitus: qui fuit agressi nobilissimi cōsulis filius. Mater vero eius henola: exosca vrbe noscitur procreata. Qui a puericia studiis litterarū traditus: supna puidēte clemētia que sibi cū preuidebat vas electiōis futurū gemina scientia. sub btō valerio cesare auguste ciuitatis antistite: efficacissime claruit. a quo etiam sctitate insignis diaconii arcem suscepit. R. Ualerius igit episcopus et leuita vincenti⁹ spe fruēdi victoria diuinit⁹ subnixi. In cōfessione

deitatis alacriter cucurrerunt ℣. Tanto nāq3 feliciores se eē credebāt quāto acriora tyrāni supplicia pia longanimitate certassent euicere. In confessione.

In scdo noct. añ. Tanto nāq3 feliciores se esse credebāt quāto acriora tyranni supplicia pia lōganimitate certassent euicere. ps. Cum inuocarē Añ. Leuita vincentius dixit beato valerio si iubes pater sācte responsis iudicem aggrediar. ps. Verba mea. Añ Iā tibi fili carissime diuini verbi curam cōmiseram nūc quoq3 pro fide qua stamus responsa committo ps. Dñe dñs noster ℣. Posuisti dñe sup caput eius

Et qm̄ idē Lcō. iiii. epūs impeditioris lingue fuisse dinoscit: tradito doctrine misterio venerabili vincētio. ipse orōni et diuine contēplationi sedulus insistebat. At vero memoratus archidiaconꝰ vices sepe pontificis: diligēter et oportune exequebatur. ℟. Leuita vincentius dixit beato valerio si iubes pater sancte responsis iudicem aggrediar iam tibi fili carissime diuini verbi curam cō. miseram. Nūc quoq3 pro fide qua stamus responsa cōmitto ℣. Tibi enī gemina sciētia pollenti ac supni amoris igne feruenti celestis olim doctrine misteriū delegaui. Nūc quoq3.

Cum igitur Lcō. v. apud cesar augustā ciuitatē: vt multoꝝ sinceritas et signata veritatis verba testantur: daciano cuidā presidi gentili et sacrilego a dñis et principibus suis diocleciano videlicet ⁊ maximiano seuiendi in christianos forte occasio cecidisset ⁊ ei oblatranti ꝑpbane crudelitatis rabies aspirasset episcopos ac presbiteros. ceterosq3 sacri ordinis mistros spiritu nequitie exagitatus rapi precepit. ℟. Assumptus ex eculeo leuita vincentius atq3 ad patibulū raptus tortores suos pene preueniens. Moras carnificū arguēdo ad penas alacriter properabat. ℣. Intrepidꝰ itaq3 dei athleta candentis ferri machi-

nā vltro cōscēdit. Moras car.

Lectio sexta.

Protinꝰ ergo valerius epūs et vincentiꝰ archidiaconus fidei soliditate et spe fruēdi victoria subuixi. in confessionē deitatis alacriter cucurrerūt. tanto se feliciores futuros credentes: quāto acriora tyranni supplicia pia longanimitate certassent euincere. ℟. Christi miles gloriosus leuita vincentius vt tribunal sponte regnū conscendit intrepidus sparsi salis crepitantis per corpus minucie. Sparsi ibāt atqȝ pruncevernabātur sāguine. ℣. Inter hec manet imotus ille dei seruulus orās christum in sublime ereptis luminibus. Sparsi. In tercio nocturno añ. Btūs vincentius cuius iam mēs conscia erat corone dixit diacono hactenus a te habitus sermo denegāda fide peroravit. Psalmus In domino confido. ⁊ cetera Antiph. Nep bariū tamē apud christianorū prudentiā eē cognosce deitatis cultum abnegando blaphemare. Psal. Dn̄e q̄s habitabit. ā. Profitemur enī christiane religionis nos esse cultores ac vnius veri dei ꝑmanentis in secula famulos et testes. Psalmus. Domine in virtute tua. ℣. Magna ē glia. Lectio vii.

Unde certaminis ⁊ penarū dilatio remunerationis eis videbatur diminutio. At dacianus iudex: sctōs dei primo valentiā sub carcerali custodia. et famis miseria. ac cathenarū stridore pertrahi p̄cepit: vt eos vexatione itineris frangeret et facilius subigeret iniuria: quos videbat nō posse supari de pena. ℟. Agnosce o vincenti inuictissime pro cuius nomine fideliter decertasti. Ipse tibi coronam p̄paratam seruat in celis qui te fecit victorem in terris. ℣. Esto igitur iam securus de p̄mio quia mox deposito onere carnis nostro eris addendus collegio. Ipse tibi coronam.

Lectio octaua.

Qui cum manibus et ceruicibus inmen-

sa ferri pondera sustineret et per omnes artus iam tunc mortis supplicia paterentur: cum iam defecisse eos crederet iugi iniuria. et tādiu a publica cōuersatiōe sedulos. nec corpore preualere nec spiritu timens ne seuicie sue dāna pateretur. produci iussit e carcere nolēs eos ante tormenta vitam finire quib⁹ ꝓponebat qd̄ nec mortuis parcerent si deorum suorum culturam suscipere renuissent. ℟. Gloriosus dei amicus vincentius iesu domini in confessione fundatus inter tormentorum supplicia stetit imperterritus. Ac demum triumphali morte insignis celos petiuit sanguine laureatus. ℣sus. Felici commercio pro terrenis celestia pro penturis eterna commutans. Ac demum triumphali morte.

Lectio nona.

Hinc paue factus a cōspectu eorum: quod integri corpore et viribus essent. ⁊ iter supplicia fortiores: ait suis. Ut quid istis largioris pastu induxistis et potu? Mirabatur enim furore cecus: robustiores esse quos deus pauerat. Et mox conuersus ad episcopum: inquit Quid agis tu valeri qui sub nomine religionis cōtra principes facis? Nescis quia qui regalia decreta spernūt. de vita periclitantur. ℟. Preciosus martyr vincentius iussu tyrāni ad lectum defertur nouis denuo suppliciis subdendus. Mox ergo christi testis inuictus in stratu mollitie repositus preciosam in mortem resolutus reddidit celo spiritum. ℣. Daciano frustra cogitante de supplicio benignus deus pie deponit de premio. Psalmus. Te deum laudamus. ℣. Magna est gloria eius. In laudibus An.

Assumptus ex eculeo leuita vincentius atq3 ad patibulum raptus moras carnificum arguendo ad penas alacriter ꝓperabat. Antiph. Intrepidus itaque candentis ferri machinam vltro conscendit:

ac manens imotus erectis in celum liminibus dnm precabat. An. Huic horrendo carceris clausis ergastulo dei athleta an-gelorum venerando fouebat obsequio et mulcebat alloquio An. Agnosce o vincenti inuictissime quia pro cuius nomine fideliter decertasti ipse tibi coronam ppa-ratam seruat in celestibus An. Dantur ergo laudes deo altis-simo et resonante organo vocis angelice modulata suauitas procul diffunditur. Caplm. Beatus vir qui in sapientia. ℣. Stola iocu. Ad Bndictus an. Egregius dei martir vincentius diris tormentorum suppliciis pro christo alacriter superatis ac felici pugne agone constanter expleto tandem preciosa resolutus in morte celo triumphans spiritum reddidit. ps. Benedictus. Oro.

Adesto quesumus dne supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beati vincentii martiris tui intercessione liberemur. Per dnm. Ad terciam ad vi. et ad ix. capl et ℟. de vno martire. oro Adesto quesumus dne. vt supra. Ad vespas caplm. Btus vir qui in sapientia ℣. Gloria et honore. An. Sacram huius diei solemnitatem humili celebremus deuotione qua inuictus christi martir vincentius tyranno deuicto insignem victorie palmam celo gaudens intulit. ps. Mag. oro Adesto quesumus domine vt supra Ad compl. ys Te lucis. Sancti bernardi epi vienne. et confes. ix. lc. Inuitat. Justus florebit. An. Beatus vir. et alie per ordinem. ps. Btus vir qui no abiit. cu aliis. ℣. Justus vt palma florebit. rc.

Incipit vita sancti bernardi episcopi. L. pria.

Beatus bernardus patronus romanensium qui filius boni odoris interptatur: in lugdunensis dyocesi ex illustri valde p sapia oriundus fuit. Hic in etate primeua liberalibus studiis eruditus: Innocentis vite primitias in ecclesie contubernium delibauit

℟. Posui adiutoriū cū aliis

Lc. ii.

Mortuis vero fratribus eius: parētes ei⁹ vt ipsum heredem haberent a scholis extractum. militie exercitiis in castris karoli deputarunt Quod vtrū ex animo fecerit aut patris necessitate cogente: subseqnēs declarauit euētus. Nam cū pater eius decessisset. prothinus ipse qui sub militari habitu religiosū gerebat aīm. cepit ꝑquirere qualiter patrimoniū ad se deuolutū in alimonias pauperū ꝑpetuo posset cōuertere: nō amore filioꝝ retractus.

Lc. iii.

Considerata igit̄ cuiusdā loci aptitudine. cui vocabulū erat ambroniacus: acquisiuit illum ab abbate luxouiēsi permutatiōe hereditatis paterne. Ubi renouata quadā ecclesia in honore dei genitricis oliz cōstructa. sed a pagaīs post modū euersa in ipso loco abbatiā construxit. abbate ⁊ monachis collocatis ibidem: quā bonis āplissimis sublimauit.

Lc. iiii.

Interea tantis ieiuniis. tantis vigiliis tantis orationibus seipm exercebat: vt sub militaribus armis ad moď martini monachoꝝ perfectionē assequutus videretur. In cōiugio eīn tanquā sine coniuge celebs viuebat: ⁊ inter filios tāquā sine filiis dei non que mūdi erāt cogitabat. Circa pauperes opulētes. circa orphanos pater. Circa viduas maritus oppressoꝝ subleuator merentiū consolator: nō sibi sed oībus viuens fideliter promissa complebat.

L. v.

Multo libentius quā acciperet tribuebat Inter discerdes: causas discordie benigne dirimebat. In iudiciis absqz personaꝝ acceptione: cuiqz ius suum tribuebat. Nulli auxiliū petenti denegabat.

L. vi.

In suscipiendis hospitibus eam gerebat sollicitudinē: vt gemeret illa

die quãdo ꝓprijs manib⁹
ꝑegrinis nõ ministrasset
Ecclesiarũ vero frequen-
tans limina. pene totam
noctẽ in orõne ducebat.

P reterea mi- Lcõ. vii
randa moꝝ grauitas
loquẽdi modestia: corripi
endi constantia doctrine
prudentia. agendi caute-
la sic ipsum perfectũ fece-
rant vt solus militaris ha
bitus et curie cõuersatio.
et regia familiaritas. ⁊ re
rũ domesticaꝝ ordinatio
eũ virũ alterũ assimilarẽt

D enicꝫ reli- L. viii.
cta cum sua nobili
prole cõiuge. ⁊ oibus ali-
is derelictis: in eo qđ ipe
fecerat monasterio sub ab
batis disciplina se tradi-
dit mancipandũ. Ubi tã
tam ieiunioꝝ continuati-
onẽ ciboꝝ abstinẽtiã. ve-
stiũ asperitatẽ. orationũ ĩ
stantiã. vigiliarũ ꝑnocta
tionẽ. silentij taciturnita-
tẽ. lachrimarũ inundatio
nẽ. ceterarũcꝫ virtutũ ꝑfe
ctionẽ attigit: vt possibi-
litatẽ humane nature trã
silire videretur: Lcõ. ix.

E t licet oia bona col-
legij. ex eius benefi-
cio defluxissent: tãquã ta-
men seruus inutilis inter
reliquos victitabat. His
itacꝫ morib⁹ ornat⁹. deo
et hominibus acceptus om
niũ intimo venerabat̃ af
fectu. Unde factum est vt
abbate mortuo voce oim
eligeret̃: et iuitus in abba
tem consecraretur: ps. Te
deum. Amauit eũ. In l'.
Fidelis seruus. ⁊c. Cap.
Justus cor suũ. v. Os iusti
⁊c. Ad Bñd⁹. añ. Euge ser-
ue bone Orõ Deus qui a-
nime famuli tui. ⁊c.. Ad
terciã. sextã ⁊ nonã capl'a
et. R. de vno confessore.
Oratio. Deus qui anime
famuli tui. Ad vespas
capitulu. Justus cor suũ:
v⁹. Justus vt palma. Anti.
Quinqꝫ michi domine. Orõ:
Deus qui anime. Ad cõ-
pletoriũ. ymn⁹. Te lucis

Sancti thimotei apo-
stoli Inuitatoriũ. Regem
apostolorũ. Añ. In omnem
terram. Cum aliis. R. Ecce

ego mitto vos. ℟. Tollite iugum. ℟. Dum steteritis. Si die dominico aduenerit fiant noue lectiões. et dicātur noue āe. noue psalmi et ix. ℟. de aplis. et in laudib⁹ añ. Hoc est preceptū meum. cum aliis. Ad Benedictus añ. Uos qui reliquistis omia. ⁊cetera. Oro Quesumus omps deus. Ad horas totum de apostolis: Oratio. Quesum⁹ omps. Sicut de isto sic fiat de aliis discipl'is. lxxii.

Conuersio sancti pauli ix. lec. Ad vespas cap'lm. Jam non estis hospites. An. In omnem terram. Ad Magū. añ. Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificandus qui et meruit thronum duodecimū possidere. Psal. Magnificat Oro. Deus qui multitudinem gentium Beati pauli apostoli predicatione docuisti. da nobis quesumus: vt cui⁹ cōuersionē colimus per eius ad te exempla gradiamur Per dominū

ymn⁹. Jesu saluator. Ad matutinas Inuita. Regē apostolorum. In primo nocturn añ. tamen dicant psalmi. ℣. et postea añ. Qui operatus est petro in apostolatum circūcisionis operatus est et michi inter gentes et cognouerunt gratiam que data ē michi a christo domino. ps. Celi enarrant. ℣⁹. Qui me segregauit ex vtero matris mee ⁊ vocauit per gratiā suam. Anti. Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositū meū seruare in illum diem iustus iudex. ps. Benedicam. ℣⁹. De cetero reposita est michi corona iusticie. Añ. Michi viuere christus est et mori lucrū gloriari me oportet in cruce domini mei iesu christi. ps: Eructauit. ℣. Per quē michi mundus crucifixus est et ego mundo. ℣. Qui opatus ē petro in apostolatū. ℟. Operatus est et michi inter gētes. L. pria Fuit vir quidā ĩ hierusalē de tribu bēiamin nomine saulus eruditissim⁹ in libris moysi ⁊ cunctis cerimoniis que tunc

scd̄m litterā gerebātur ni-
chil in his misticū sentiēs
aut aduertens. Hic deua-
stabat ecclesiā dei: ingre-
diens domos. ⁊ attrahēs
viros ac mulieres: atq̄ȝ i
carcerē ponens. ℟. Qui o-
peratus est petro in aposto la-
tū operatus est et michi inter gē
tes. Et cognouerūt gratiā dei
que data est michi. ℣. Dn̄s em̄
michi astatit et confortauit me
vt per me p̄dicatio impleret in
gentibus. Et cognouerūt grāȝ

Lc. ii.

Igitur dum ad-
huc spiraret minas et
cedes in apostolos domi
ni accessit ad principē sa-
cerdotū ⁊ petiit ab eo epi
stolas in damascū ad sy-
nagogas. vt si quos iue-
nisset huius vie viros ac
mulieres vinctos p̄duce-
ret in hierusalē. ℟. Bonū
certamen certaui cursum consū
maui fidē seruaui Ideoq̄ȝ repo
sita est michi corona iusticie. ℣.
Gratia dei sum id quod sum et
gratia eius in me vacua nō fuit
Ideoq̄ȝ reposita est.

Lc. iii.

Et cū iter faceret: con-
tigit vt appropinqua
ret damasco. Et subito cir
cunfulsit eū lux de celo: et
cadens in terraȝ audiuit
vocem dicentē sibi. Sau-
le. Saule. quid me p̄seque
ris? Durū est tibi contra sti
mulū calcitrare. Qui di-
xit. Quis es dn̄e? Et ille.
Ego sum iesus quē tu per
sequeris. Sed surge et in-
gredere ciuitatē: ⁊ dicet ti
bi quid te oporteat face-
re. Viri autē illi qui comi
tabātur cum eo stabāt stu
pefacti: audiētes quidem
vocem. neminē autē vidē
tes. ℟. Reposita est michi co
rona iusticie quā reddet michi
dn̄s in illum diem. Iustus iu-
dex. ℣. Scio cui credidi ⁊ cer
tus sum quia potens est depo
situ̅ meum seruare. Iustus.

In sc̄d̄o noct. ā. Tu es vas
electionis sctē paule apostole
p̄dicator veritatis in vniuerso
mūdo. ps. Omēs gentes.
℣. Per quē omēs gentes co-
gnouerūt gratiā dei. An. Ma
gnus sanctus paulus vas ele-
ctionis vere digne est glorificā
dus qui et meruit throni duo-
decimū possidere. ps. Exau-

di. depre. ℣. In regeneratiōe cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. An. Bonū certamen certaui cursum consūmaui fidem seruaui. ps. Exaudi deus oratione meā cū deprecor. ℣. De cetero reposita est michi corona iusticie. Reposita ē michi corona iusticie. ℟. Quā reddet michi dn̄s in die illa iust⁹ iudex. l'c. iiii

Surrexit aūt saulus de terra: apertisqꝫ oculis nichil videbat Ad manus autē illū trahentes introduxerūt damascū: ⁊ erat tribus diebus non videns: et nō manducauit. neqꝫ bibit. Erat autē quidā discipulus damasci nomie ananias: et dixit ad illum in visu dn̄s. Anania. At ille ait. Ecce ego dn̄e. Et dn̄s ad illū. Surge vade in vicū qui vocatur rectus: et quere in domo iude filium nomine tharsensen ecce em̄ ℟. Tu es vas electionis sancte paule apostole p̄dicator veritatis in vniuerso mūdo. Per quē omēs gentes cognouerūt gratiā dei. ℣. Intercede pro nobis ad deū qui te elegit. Per quem gentes. Lc'o quīta.

Et vidit virū ananiā nomie introeūtem et imponentē sibi man⁹: vt visum recipiat. Respōdit aūt ananias. Dn̄e audiui a multis de viro hoc quāta mala sanctis tuis fecerit in hierusalē. et hic habet potestatē a principibus sacerdotū alligandi omēs qui inuocāt nomen tuū. Dixit autem ad eū dn̄s. Vade qm̄ vas electionis est michi iste: vt portet nomen meū coraꝫ gentibus et regibus et filiis israel. Ego eni ostendam illi quāta oporteat eū pro nomine meo pati. ℟. Gratia dei sum id qd̄ sum et gratia eius in me vacua nō fuit sed semp in me manet. ℣. Qui operatus est petro in apostolatum opatus est et michi inter gentes. Et grā. Lc. vi.

Et abiit ananias ⁊ introiuit domū: ⁊ imponens ei manus: dixit. Saule frater: domin⁹ mi-

sit me iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas vt videas et implearis spiritusancto. Et cōfestim ceciderūt ab oculis ei⁹ tanquā squame: et visum recepit. Et surgēs baptisatus est. ℟. Magnus sctūs paulus vas electionis Vere digne est glorificandus qui et meruit thronū duodecimū possidere. ℣. A christo de celo vocatus et in terrā prostratus ex psecutore effectus est vas electionis. Vere digne. In tercio nocturno an. Saulus qui et paulus magnus pdicator a deo cōfortatus cōualescebat et cōfundebat iudeos. ps. Cōfitebimur. ℣. Ostendens quia hic ē christus filius dei. An. Ne magnitudo reuelationum extollat me dat⁹ est michi stimulus angelus sathane qui me colafizet pptez quod ter dominū rogaui vt auferretur a me et dixit michi dn̄s sufficit tibi paule gratia mea. ps. Dn̄s regn̄. exultet. ℣. Nam virtus in infirmitate pficitur. An. Reposita ē michi corona iusticie quam reddet michi dn̄s in illa die iustus iudex. ps. Dn̄s regn̄. irascātur. ℣. Gratia dei sum id qd sum. ℣. Bonū certamen certaui ℟. Cursum consūmaui fidem seruaui. Lectio septima.

Et cū accepisset cibuz cōfortatus est. Fuit autē cū discipl'is q erant damasci: per dies aliquot Et cōtinuo ingressus i synagogis pdicabat iesum qm̄ hic est filius dei. Stupebant autē oēs qui audiebant: et dicebāt. Nōne hic est qui expugnabat in hierl'm eos qui iuocabāt nomē istud et huc ad hoc venit vt vinctos illos pduceret ad pricipes sacerdotū. ℟. Scē paule apostole pdicator veritatis et doctor gentiū. Intercede p nobis ad deū qui te elegit vt digni efficiamur gratia dei. ℣. Tu es vas electionis scē paule apl'e. Intercede. Lectio octaua.

Saulus aūt mltomagis cōualescebat et cōfundebat iudeos q habitabant damasci: affirmans qm̄ hic ē xps iesus filius dei. Cū iplerent aūt dies

multi. consiliū fecerūt iu-
dei vt eū interficerēt. Acci-
piētes aūt eū discipli ei⁹
nocte. p murū dimiserunt
eū: submittētes in sporta.
℟. Cibauit illū dn̄s. quere
i festiuitate sctī iohis euā
geliste. Lectio nona.

Cum autē venissent i
hierusalē: tēptabat
iūgere se discipl'is ⁊ oīs
timebāt eū: nō credentes
q̄a discipulus esset. Bar-
nabas aūt apprehensum
illū duxit ad apostolos: ⁊
narrauit illis quo modo i
via vidisset dn̄m: ⁊ q̄a lo
cutus est ei. et quomodo
fiducialiter egerit in noīe
iesu christi. ℟. In medio ec
clesie. Quere in festiuitate.
vt supra. ps. Te deum. ℣.
Nimis honorati sunt. ⁊c. In
laud. an. Ego plantaui apol
lo rigauit deus autem incremē
tum dedit allā. ℣. Vnusq̄sq3
mercedem propriam accipiet se
cundū suū laborem. An̄. Libē
ter gloriabor in infirmitatibus
meis vt inhabitet in me virtus
christi. ℣. Quando autē infir
mor tunc potens sum. An̄. Sā

cte paule apostole predicator
veritatis et doctor gentium in
tercede pro nobis ad deum q̄
te elegit. ℣. Vt digni efficia-
mur gratia dei. Anti. Gratia
dei in me vacua non fuit sed
gratia ei⁹ semper in me manet.
℣. Grati a dei sum id quod
sum. Anti. Damasci prepo-
situs gentis a rethe regis vo-
luit me comprehendere a fra-
tribus per murum submissus
sum in sporta et sic euasi man⁹
eius in nomine domini. ℣.
Deus et pater domini mei iesu
christi scit quod non mentior
Capitulū. Jam nō estis
hospites. ⁊ cetera. ℣. An-
nunciauerunt opera dei. Ad
Benedictus antiph. Vos
qui secuti estis me sedebitis su
per sedes iudicantes duode-
cim tribus israel dixit domin⁹
℣. Cum sederit filius homi-
nis in sede maiestatis sue.
Oratio. Deus qui multi
tudinem gentiū. ⁊ cetera
vt supra. Ad terciā ad
sextam et nonam capitu-
la et responsoria de apo-
stolis. Oratio. Deus qui
multitudinem gentium:

Ad vespas an. Jurauit dominus. querere in festiuitate sancti iohannis euangeliste. Caplm. Jam nō estis hospites. v. In omnē terrā. Ad Mag. an. Sācte paule apostole. est tercia ā. de laud. Orō. Deus qui multitudinē. vt supra. Ad cópl. y. Te lucis. Scti policarpi episcopi et mris. et scti supplicii epi et confessoris. Inuitat. Regē martirū. An Beati paupes. rc. v. Exultent iusti. v. Justorū anime. R. In paucis verati. R. Tanquā aurum. v. Exultabūt iusti. rc. In laud. an. Justorū anime rc. Caplm. Justi in perpetuū. Clamauerūt iusti. An Policarpus p̄sbiter dixit beato sebastiano beatus es tu qa audisti voce dñi nostri iesu christi. ps. Bñdictus. Oratio. Deus qui nos concedis. rc. Scte agnetis scdo. clas. Ad vespas capitulū. Qui gliatur in dño. v. Diffusa est gratia. Ad Mag. Beata agnes in medio. Quere in alia festiuitate. Oratio.

Deus qui nos annua beate agnetis martiris tue solēnitate letificas. da vt quam veneramur officio: etiā pie cōuersationis sequamur exemplo. Per dñm. Inuitat. Regem virginū dñm. An. Hec est que nesciuit. et omēs alie per ordinē. v. Diffusa est grā. Lectiōes de hystoria. R. Jam corpus. R. Ipsi sum. R. Omps venerande. ps. Te deum. v. Adiuuabit eam. In laud. an. Ingressa agnes. capitulū. Qui gloriatur. v. Audiuit et le. Ad Bened. an. Ecce quod cupiui. require totū supra in alia festiuitate. Orō. Deūs q̄ nos ānua. Ad horas capla et R. de virginib. Orō. Deus qui nos ānua. vt sup. Si hec festiuitas die dnico aduenerit dicantur sequētia R. Hec est virgo. R. Simile est reg. R. Propter veritatē. R. Diffusa est grā. R. Dilexisti iusticiā. R. Spe tua. Quere in cōi de virginib. v. Jam corpus. R. Ipsi desponsata R. Omps venerāde

Querere in festiuitate sancte agnetis virginis. In laudibus ãe. de virginib' in cõi sanctorum. Ad Bñd añ. Ecce quod cupiui. Ad scdãs vespas caplm. Qui gloriatur. ℣. Diffusa est gratia. Ad Mag. añ. Christi virgo. ꝛc. Orõ. De' qui nos ãnua.

Scti ignaci epi ꝛ martiris. clas. Ad vespas cap Beatus vir qui in sapientia. ℣. Gloria et honore. Añ Hic est vere martir. Oratio. Presta quesum' oĩps vt q beati ignaci. Querere i cõi. Inuitat. Regẽ martirũ. ℟. In lege dñi. ꝛc. ℣. Gloria ꝛ honore. ℟. Gloria et honore ℟. Dñe preuenisti. ℟. Posuisti dñe. Te deum. ℣. Magna est gloria eius. In laud. añ. Qui me confessus fuerit.. Caplm. Btũs vir qui i sapiẽtia. ℣. Stola iocũditatis: Añ. Iste sanctus. Orõ. Presta quesumus omps de'. Ad horas capla ꝛ ℟. de vno martire. Orõ. Presta quesumus omĩpotẽs.

ypapanti dñi. Cantores et baudes. Si die dñico septuagesime euenerit crastina die celebretur et die sequẽti festum bti blasii. Ad vesperas Caplm.

Ecce ego mitto angelũ meũ qui preparabit viam ante faciẽ meã et statim veniet ad tẽplũ sanctũ suũ dñator quem vos queritis et angelus testamenti quẽ vos vultis. ℣. Diffusa est gratia. Ad Mag. añ. Cũ induceret puerum iesum parentes eius accepit eum symeon in vlnas suas et bñdixit deum dicens nũc dimittis dñe seruũ tuũ in pace ꝛc. Repetatur. psal. Or.

Erudi quesumus dñe plebem tuam: ꝛ que extrinsecus ãnua tribuis deuotione venerari itrinsecus assequi gratie tue luce concede: Per dñm. Ad compl. ℣. Jesu saluator. Inuitat. Ecce venit ad templũ sanctũ suũ dominator dominus. Gaude et letare syon occurrens deo tuo. psal. Venite. In primo noct. añ. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus vẽtris tui.

Dn̄e dn̄s noster. An̄. Sicut mirra electa odorem dedisti suauitatis sancta dei genitrix. ps. Celi enarrant. An̄. Hec est que nesciuit thorū in delicto habebit fructū in respectione animarū sanctarū. ps. Dn̄i est terra. ℣. Diffusa est grā in labiis tuis. Lec. prima.

Decretum quidē legis erat paruulū post tricesimūterciū circūcisiōis diem templū dn̄i deferri. dariq̄ȝ hostiaȝ pro eo: primogenitū autē masculū sanctū dn̄o fieri mistice sicut diximus insinuans: neminē nisi circūcisuȝ viciis dn̄icis dignū esse cōspectibus. neminē nisi mortalitatis nexibus absolutū sup̄ne ciuitatis gaudia p̄fecte posse subire. ℟. Postquā impleti sunt dies purgationis marie secundū legē moysi tulerūt iesum in hierusalem vt sisterent eū dn̄o Sicut scriptum est in lege dn̄i. quia omne masculinum adaperiēs vuluam sanctū domino vocabitur. ℣. Obtulerunt pro eo domino par turturum aut duos pullos columbarū. Sicut scriptum est. Lec. scd'a.

Uerum si legis ipsius verba diligētius inspexeris: profecto reperies quia non solū dn̄s incarnatus quantū a p̄cti cogitatione tantū a conditione legis fuerit liber. Quā ob hoc magis suscipe dignat' est: vt eam sanctā iustam ac bonam esse probaret et nos ab eius seruitute ac timore fidei gratia liberaret: sed etiā ipsa dei genitrix: sicut ab admixtione virili: sic et a legali sit iure inmunis. ℟. Obtulerūt pro eo dn̄o par turturum aut duos pullos columbarū. Sicut scriptum est in lege dn̄i. ℣. Postquā impleti sunt dies purgationis marie tulerunt iesum in hierusalem vt sisterent eū domino. Sicut scriptum est. Lectio tercia.

Dixit em̄ moyses. Mulier si suscepto semine pepererit masculum imm̄da erit septem diebus. iuxta dies separationis menstrue: et die octaua circun

detur infantulus. Ipsa vero: triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sue. Nota ergo: qd non omni mulier pariens. sed ea que suscepto semine pepererit designatur imunda: rituq; legis docetur esse mundanda. ℟. Symeon iustus et timoratus expectans redemptionem israel. Et spiritussanctus erat in eo. ℣. Responsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem nisi prius videret christum domini. Et spiritus sanctus. In scdo nocturno an. Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna ps. Eructauit cor meu verbum bon. Anti. Adiuuabit eam deus vultu suo deus in medio eius non cōmouebitur ps. Deus noster refugiū et virtus adiutor in tri. Añ. Suscepimus deus misericordiā tuā in medio templi tui. psalm9. Magn9 dñs. ℣. Specie tua

Lc. iiii.

Ad distinctionē videlicet illi9 que v̄go cōcepit ⁊ pepit filiū: ⁊ vocauit nomē eius emanuel. qd ē iterpretatū nobiscū de9. Nō ergo fili9 q cū homie de9 ē. no mater que spūsctō opante peperit victimis hostiarū q bus purgaret̄ indigebat sed vt nos a legis vinculo solueremur. sicut domin9 christ9. ita et btā semp virgo maria. legi est sponte subiecta. ℟. Responsum acceperat symeon a spūsctō nō visurū se mortem nisi prius videret christū dñi Et bñdixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum in pace quia viderunt oculi mei salutare tuū domine. ℣. Cū inducerēt puerū iesū parētes ei9 vt facerēt scdm consuetudinē legis pro eo ⁊ ipe accepit eū in vlnas suas ⁊ dixit Nūc dimittis seruum tuum.

Lectio quinta.

Sicut scriptum est in lege domini: quia omne masculinum ad aperiens vuluam: sanctū dño vocabit̄. Quod dicit oīne masculinū adapiens vuluam: et homis ⁊ pectoris primogenitū significat.

℟. Cum inducerent puerũ iesũ parentes eius vt facerent secũdum consuetudinẽ legis pro eo accepit eum symeon in vlnas suas et benedixit deum et dixit. Nũc dimittis dñe seruũ tuũ in pace. ℣. Suscipiens iesum puerum in manibus clamauit dicens. Nunc dimittis. L. vi.

Quod vtrũqз sanctuз dño vocari. atqз ĩdo sacerdotis esse preceptuз est: ita dũtaxat vt pro hominis primogenito preciũ accipere. ⁊ oĩe aial ĩ mũdũ redimi faceret. Cuius inquit redẽptio erit post vnũ mẽsem. siclis argenti quinqз. Ubi saluo subtiliore tractu breuiter intimandũ. quod illa oĩa primogenita vel figura fuerint eius: qui cũ vnigenitus esset dei filius primogenitus fieri dignatus ẽ oĩni creature. ℟. Suscipiẽs iesum in vlnas suas symeon exclamauit et dixit. Tu es vere lumen ad illuminationẽ gentiũ et gloriam plebis tue israel. ℣. Cum inducerent puerũ iesum parentes eiꝰ vt facerent secũdũ consuetudinem legis pro eo et ipse accepit eum in vlnas suas et dixit. Tu es vere: In. iii. nocť. aῆ. Pulcra es et decora filia hierusalem terribilis vt castrorũ acies ordinata. ps. Cantate dño canticũ nouũ: cantate dño omnis. Aῆ. Post partũ virgo inuiolata permãsisti dei genitrix intercede pro nobis. ps. Dñs regnauit exultet. Aῆ. In odore vnguentorũ tuorũ currimus adolescentule dilexerũt te nimis. ps. Cantate dño canticũ nouũ quia mirabilia. ℣. Adiuuabit. eam. Scdm lucã

In illo tempore. Postquã impleti sunt dies purgationis marie: scdm legẽ moysi: tulerũt iesum in hierusalem vt sisterẽt illum dño. Et reliqua. Omelia originis pape. L. vii.

Et vere ⁊ singulariter sanctus dño: q̃a peccatũ non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. vel certe nostre fuerit deuotionis iudiciũ. qui oĩa bone actionis inicia que quasi corde gignimꝰ dñi

gratie deputare: male autem gesta redimere debeamus. dignos videlicet penitentie fruct⁹ pro singulis quicq̄ corporis vł anime sensibus offerentes.

℟. Nunc dimittis dn̄e seruum tuū in pace quia viderūt oculi mei Salutare tuū. ℣. Lumen ad reuelationē gentiū et gloriā plebis tue israel. Salutare.

Itaq̄ quod ait ad aperiens vuluā cōsuete natiuitatis more loquit᷑. Non qđ dn̄s noster sacri ventris ospiciuz quod ingressus sacrificarat egressus deuirginasse credendus sit. iuxta hereticos qui dicunt beatam mariā virginē vsq̄ ad partum. non virginē esse post partū: sed iuxta fidē catholicam clauso virginis vtero quasi sponsus suo p̄cessisset de thalamo. De quo pulcre propheta. Et cōuerti me inquit ad viaz porte sanctuarii exterioris que respiciebat ad orientem et erat clausa. ℟. Speciosus forma pre filiis hominū diffusa est gratia in labiis tuis Propterea benedixit te de⁹ in eternū. ℣. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē. Propterea.

L. viii.

Et dixit dn̄s ad me. Porta hec clausa erit et nō aperiet᷑ ⁊ vir nō transiet per eā. qm̄ dn̄s deus israel ingressus est per eam. eritq̄ clausa. Principi princeps in ea sedebit. vt comedat panē coram dn̄o. Quāuis possit etiam mistice designari. nullū preter dn̄m ecclīe virginis vterū per aquaz et spiritū sanctū ad generādos dei filios posse reserare. ideoq̄ hūc masculum incōparabili dignitate dn̄o sanctū vocari. ℟. Felix valde es sacra virgo maria et omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. ℣. Ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu sentiant om̄s tuū iuuamē quicūq̄ celebrant tuā sanctaz purificationē. Quia ex te. Ps. Te deum. Dicat᷑ quāuis hoc festum in. lxx. vel in. xl.

L. ix.

euenerit. ℣. Adiuuabit eam
In laud. añ. Obtulerũt pro
eo dño par turturũ aut duos
pullos columbarũ. Añ. Re-
sponsum accepit symeon a spi
ritu sancto orõ visurum se mor
tem nisi videret dñm. Añ. Si-
meon iustus et timoratus ex-
pectabat redemptionẽ israel ⁊
spiritussanctus erat in eo. Añ
Accipiens symeon puerum in
manibus gratias agens bene-
dixit dñm. Añ. Tolle puerũ
et matrem eius ⁊ vade in terrã
israel. Capitulũ. Ecce ego
mitto: vt supra. ℣. Audi-
uit et letata est syon. ℟. Et ex
ultauerũt filie iude. Ad Bñ
dictus. añ. Nũc dimittis dñe
seruũ tuũ in pace. quia viderũt
oculi mei salutare tuũ. Iterũ
dicatur añ. Orõ.

Omp̃s sempiterne de
us: maiestatem tuã
supplices exoramus. vt si
cut vnigenitus filius tu⁹
hodierna die cum nostre
carnis substantia in tem-
plo est p̃sentatus: ita nos
facias purificatis tibi mẽ
tibus p̃sentari. Per eũdẽ.
Ad terciã ad. vi. et ad. ix.
capl'. Ecce ego mitto vos
℟. i. ℣. de virginib⁹. orõ.
Omp̃s sempiterne de⁹. vt
supra. Ad vespas an Te-
cum principiũ et alie per or-
dine cũ psalmis sequenti-
bus. Require totũ in na-
tale dñi ad scdãs vespas
Allã ℣. Adorabo ad templũ
sanctũ tuũ et confitebor nomi-
ni tuo Ad Mag. añ. Lumẽ
ad reuelationẽ gentiũ et gloriã
plebis tue israel Iterũ dica
tur añ. Si aũt aduenerit
infra lxx. non dicat' Allã.
Adorabo. sed loco ipsi⁹ di-
catur capl'. Ecce ego mit-
to vos. ℣. Diffusa est gratia
Añ. Lumẽ ad reuelationẽ gẽ
tium. vt supra. Orõ ãte se-
ptuagesimã ⁊ post septua
gesimã

Perfice que-
sumus dñe gratiã tu
am. qui iusti symeonis ex
pectationẽ implesti: vt si-
cut ille mortem nõ vidit
priusq̃ christũ dñm vide
re mereret'. ita et nos vitã
obtineam⁹ eternã. Per eũ
dem. Ad compl. y⁹. Aue
maris stella. Fiat octaue
si ante quadragesimã pos

fiunt compleri et si sanct⁹ euenerit infra istas octa-uas nō fiat de sctō sed de oct. nisi sctūs habeat no-uē lec. Scti blasii epi et mris. Inuitat. Ad regē vi-te digne cū laude venite. Qui celo blasium sustulit eximium. ps. Venite. In primo no cturno a. Urbe sebastea tua vernant christe trophea pro gu stu calicis qui magna repēdis amicis. ps. Beatus vir. a. Dei preceptū predicans huic blasius emicuit quē rex noster magnificans in monte sctō sta tuit. ps. Quare fre. Anti. Mirificasti domine sanctū tuū in secula: quē pro regis regimi-ne pontificali infula induisti. ps. Dne quid mul. v. Glo ria et honore. Incipit pas-sio sancti blasii. L. pria

Ex sebastea ciuitate ca padocie elegit sibi dn̄s martires vsq ad san guinē q in eis est caritatē et fidē. atq confessionem ostēsuros. Et qd mirabi-le ē nō solū viros. sz et mu lieres ostēsuras agonē: et certamē et vsq i finē i xpo p crucis exemplū coronā adepturas: Sz vn⁹ hoz ex titit a deo coronat⁹ et vi-ctor blasius. R. Quā felici xpe cōmercio tuos dices quāta qz gaudio insigni declaras bla sio Qui presentē diē martirio cōsecrauit. v. Gliar honore co ronasti eū dn̄e. Qui pre. Lc. ii.

Iste eni sctūs: totū vite sue mitis degebat si-cut de iob legim⁹ purus i nocens deū colēs. verax māsuetus: ab omi opere prauo se abstinēs. Uiden tes ergo irreprehēsibilem ei⁹ vitā. hi q in sebastia ca padocie ciuitate fideles existebāt: elegerūt sibi eū epm. R. Sanctitatis preful-gēs lumine vt fulgeret lux in ca ligine. Presulatus vir sctūs culmie sublimat. v. Ut luceret oibus in domo dni. Presulat⁹

Ipse vero pgēs Lc. iii in montem qui voca tur argei habitauit i qua-dā speluca: et cōcurrebant ad eū agrestes fere. Et si forsitā cōtigisset quocūq dolore teneri qualēvis ex eis tanquā intellectuales

cõcurrebat ad eundẽ san-ctũ in spelũca: quousq; i-poneret manus eis bn dí-cẽs eas: nõ recedebãt ab eo illis itaq; diebus iuſ-ſit agricolant preſes con-gregari agreſtes feras. ℟. Prima ſctõ viſione per noctẽ apparuit de e quia ſua paſſione dñs innotuit. Dum ſub talivi-ſioẽ carnis ſue voluit holocau ſtum. ℣. Surge blaſi et offer michi hoſtias vt ſoles. Dũ ſub

In ſcdo noct. an. Monte martir argei conditus nil fe rarũ concurſu territus harum morbo ad tactũ penitus emũ-dabat. ps. Cum inuocarẽ. An. In monte ciuitas regi nõ potuit nã rumor preſidi de ſan cto patuit quẽ ſibi protin9 ad ductũ voluit preſentari. ps. Verba mea. An. Tribuna li iuſſus aſſiſtere chriſti ſeruum ſe prodit libere ceſus ergo iube tur carcere preſentari. ps. Dñe dñs noſter. ℣. Poſuiſti dñe

Lcõ. iiii.

Egredien-tes autẽ beſtiarũ cõ prebenſores venerunt in montẽ i quo degebat ſan ctus blaſius epũs: et vi-dentes ſpeluncã et multi-tudinẽ beſtiarũ aſtantiũ ante eum: conteruati me-tu adinuicẽ dixerũt. Quid hoc vult eſſe? ℟. Requiſi-tus ſanctus a iudice chriſti fi-dem fatetur publice. Multo er go ceditur verbere ſed verberi nõ nouit cedere mens immota ℣. In loco ſue afflictionis con fitetur nomen dei ſui. Multo ergo ceditur.

Lcõ. v.

Appropiantes autem viri ſpelũcam: inue-nerũt beatũ blaſiũ oratio nem ſuã facientem. Et re-uerſi nũciauerunt preſidi ea que viderant. Audiẽs autẽ preſes. iuſſit plures milites cum illis pergere vt quãtos inuenirẽt illic eſſe abſcõſos chriſtianos preſentarent illi. ℟. Ad iuſ ſum preſidis miſſus in flumine ſe muniuit. Mox vnda primi-tus fluens et liquida. Sub ſan cti greſſibus ſtetit vt arida. ℣. In mari via eius et ſemite ei9 in aquis multis. Sub ſancti.

Lc. vi.

Euntes aũt in predictũ montem qui vocaẽ argei. et ingre-

dientes in speluncã: inue
nerũt sanctũ blasiũ orãn-
tem: et dixerũt ei. Egrede
re vocat te preses. Uidẽs
autem sctũs blasius eos:
gauisus est: 7 dixit. Filioli
mei eam⁹ simul. Memor
enĩ est hodie mei dñs. In
hac enĩ nocte tercio michi
apparuit dicẽs. Surge of
ferre michi hostias vt so-
les: 7 nũc filioli mei bene
venistis. Dñs me⁹ iesus
christus vobiscũ est. R.
O virtutum luminare presigne
miraculis lumẽ blasi singulare
salus in periculis firmamentũ
salutare tuis esto seruulis ine-
ternũ. V. Respice in seruos tu
os et dirige opera eorũ. Fir-
mamentũ. In tercio no-
cturno añ. Incessanter insi-
stebat saluti fideliũ martir atq3
retrahebat ab errore gentiũ dũ
ad fidem cõuertebat paruulos
gentiliũ. ps. In dño cõfido
Añ. Signa verbo sociata e-
rant in eo pariter tale mentis
emũdata egra caro similiter mũ
dabatur. ps. Dñe quis ha.
Añ. Admiranda virt⁹ in bla
sio qua letatur mater in filio le
tifere cui piscis porcio fuit cau
sa. ps. Dñe in virtute tua
V. Magna est gloria ei⁹ in sa
lutari tuo. Lcõ septima.
Cum ergo irent in iti-
nere: cõuertebat pa-
ganoꝝ animos ad deum
per bonã suã admonitio
nẽ. et per incessabiles ei⁹
orõnes. dñs mirabilia fa
ciebat. Nam offerebãt ei
infirmos. et imponẽs su-
per eos manus saluos di
mittebat. Non tantũ ho-
mies hic. etiam et diuersa
aĩalia cum se inmitterent
adinuicẽ aut sicut sepius
contigit os impegeretur
i guttur bonis. aut etiã
aliud aliquid tale subito
fieret: deducebant illi eos
et ꝑ dignas eius orõnes
saluos eos de⁹ reddebat.
R. Iam cursus felicis expleto
stadio athleta ceruicẽ supponit
gladio. Talentũ cum lucro re-
portans creditũ gaudentem in
astris intulit spiritũ. V. A chri
sto centuplũ accipiens pro ter-
renis celestia cõparauit. Talẽ
tũ ꝑ lucro. L viii.
Accidit autẽ cuiusdã

mulieris filio vnico piscis porcionē ederet subito os in guttur ei⁹ infigi: vt pene mortu⁹ maneret. Mater vero eius audiēs mirabilia illius. apportans puerū iactauit eū ante pedes eius semiuiuū cum lachrimis clamans ꝛ dicēs sancto. Miserere filio m̄o serue saluatoris nostri iesu christi: eo quod vnicus est michi ℟. Deo placens atq3 gratissima tua martir extitit victima. Dum post bella peracta plurima sacra celos triumphans agmina penetrauit. ℣. Vestimēto glorie induit te dominus. Dum.

Lcō nona.

Indicauit autē sctō q̇d subito contigeret filio suo. Sctūs vero blasi⁹ manu⁹ imponēs puero: ꝛ guttur eius signās eleuās oculos ad celum orauit dicens. Dn̄e iesu christe qui inuocantibus te velox extitis auditor et saluator. exaudi orationē serui tui: et infixam spinā puero isti ꝑ tuā inenarrabilē abstrahe virtutē saluans eum. Et mox saluū reddidit puerū matri sue. ℟. O cel..tis cenator curie fons dulcoris ꝛ venia venie. Ad deuote vota famılie cum descendēs consortē glorie fac perhēnis. ℣. Memor esto congregationis tue nec obliuiscaris eius in fine. Ad deuote. Ps. Te deum. Sed si in septuagesima euenerit nō dicatur Te deum. In laudibus. an. Mirabilis in altis dn̄e qui decorē cum fortitudine sancto tuo dedisti blasio cōregnanti tecū in gaudio. an. O fortis athleta ad conspectū christi q̇ cū leticia victor introisti vi nos eius populū et oues pascue eius in atriis tecum constitue. An. Quā felix anima que deū sitiuit ecce nūc possidet quē diu cupiuit translatā hodie hāc sup ethera dei magnifice suscepit dextera. An. O beati iustorū spūs quibus martir admixtus inclitus deum voce collaudans sedula benedixit ei in secula. An. In sanctorū exultās gloria mira blasii gaudet leticia nouū deo decantans canticū laudes audi tuorū supplicū. Cap. Btūs vir q̇ in sapia

℣ Stola iocu͂. Ad Ben͂d. an͂
O iubar eternu͂ blasii sidusq3 supnu͂ regis celestis o fortis et inclite testis respice seruoru͂ clemens vota tuoru͂ et prece nos solita labenti dirige vita. Or.
Deus q̄ fidelibus tuis per oratione͂ bti blasii martiris tui atq3 pontificis cu͂ctisq3 eiusde͂ memoria͂ facientib9 de quacunq3 infirmitate vel aduersitate tenerent liberari co͂cessisti. co͂cede ꝓpicius vt qui eius solemnitatem agim9 in terris eodem te precan͂te gloria͂ consequamur i celis. Per dn͂m. Ad horas capl'a r. ℟. de vno martire Oro͂. Deus q̄ fidelib9 tuis. vt supra. Ad vespas a͂e. r ps. feriales. Capitulu͂. Btu͂s vir q̄ i sapia ℣. Gloria et hono. Ad Mag an͂. Salue martir vera saluatio salua nostra spes et protectio nos a mundi salua naufragio et mu͂datos ab omni vicio tuo dignos redde co͂sortio. Or Deus qui fidelibus. vt supra. Ad co͂pl'. y᷒ Te lucis
diū in ventre portauit: q̇a
illa peccatorē. ista edidit
innocentē. Uirgo quippe
genuit. quia virgo conce
pit. ℟. Beatissime virginis ma
rie. et cetera. Lcō tercia.

Inuiolata pepit: quia i
conceptu libido non
fuit vtrobiq̄ miraculum
Et sine corruptione graui
da. et in partu virgo puer
pera. Aue inquit āgelus
ad eam gratia plena. dn̄s
tecum. Impleta est ergo
maria gratia. Et eua eua-
cuata a culpa. Maledic-
tio eue: in benedictionem
mutatur marie: ℟. Glorio
se virginis marie. Lc. iiii.

Aue gratia plena dn̄s
tecū. Tecum dn̄s in
corde: tecum in mente. te-
cū in vtero: tecū in auxi-
lio: Gratulare btā virgo
christus rex e solio suo. ve
nit in vtero tuo. Ex sinu
patris in vtero dignatus
est descendere matris. ℟.
Natiuitas gloriose Lc. v.

Benedicta tu inquit in
mulieribus. que virā
viris et mulierib⁹ peperi-
sti. Mater generis nostri
penā intulit mū do. geni-
trix dn̄i nostri salutē attu
lit mū do. Auctrix peccati
eua. auctrix meriti maria
Eua occidēdo obfuit: ma
ria viuificando profuit.
Percussit illa. sanauit ista
Pro inobediētia eñi obe
dientia cōmutatur. fides
pfidia cōpensatur. ℟.
Cum iocunditate. Lcō. vi.

Leta igitur maria ge-
stat infantem: exul-
tans āplexatur filiū. por-
tat a quo portatur. Nec
fortuitū vt fingunt sabel-
liani reperit paruulū: sed
decursus nouem mensib⁹
peperit christum. ℟. Nati-
uitas tua. Lcō septima:

Plaudat nūc organis
maria: et inter velo-
ces articulos tīpana pu-
erpere concrepent. Conci

nant letantes choꝛi: ⁊ al-
ternãtibus modulis dul
cisona carmina nusceant
℟. Vidi speciosam. lc. viii.
Audite igitur queãd-
modũ tympanistria
nostra cãtauerunt. Ait eñ
Magnificat aĩa mea dñe
Et exultauit spũs meꝰ in
deo salutari meo: quia re-
spexit humilitatẽ ancille
sue. Ecce eñ ex hoc beatã
me dicent oẽs generatio-
nes: quia fecit michi ma-
gna qui potens est: ⁊ san
ctũ nomen eius. ℟. Que
est ista. Lectio nona.
Causa igitur tante sa-
lutis iualescentis e-
rat miraculũ nouũ. Nouꝰ
marie partus partum eue
vicit: ⁊ eue planctũ marie
cantus exeludit: Deniqꝫ
post illius benedictionis
presagiũ. dũ tacita virgo
secũ mentis altercatione
cõfligeret qualis esset ista
salutatio: nũcius celestis
interim exsequitur. Ne ti-
meas maria iuenisti gra-
tiam apud dñm. ℟. Felix
valde. ps. Te deum. ℣. Ad
iuuabit eam. In laud. anti.
Natiuitas glorioſe. cũ aliis.
Cap. In omibus requiẽ
quesiui. ℣. Audiuit ⁊ letata
An. Natiuitatẽ hodiernã. or.
Supplicationẽ. Ad ter-
ciã ad sextã ad nonã ⁊ ad
vespas cap sicut in die
In sanctoꝝ martirũ lu
cie. geminiani ⁊ euphemie
Inuitat. Regẽ martirũ. An.
Beati pauperes. cum aliis.
℣. Exultent iusti. Lectões
de hystoria. ℟. Justoꝝũ et
duo sequẽtia. ℣. Exultabũt
sancti. In laud. añ. Justoꝝũ
anime. Cap. Justi in ppe-
tuũ. An. Isti sunt sci oro
Presta domie precibꝰ
nostris cum exulta-
tione prouentũ. vt quoꝝũ
diẽ passionis ãnua deuo
tione recolimus: etiam fi
dei constantiã subsequa-
mur. Per dñm. Ad terciã
ad sextã et ad nonã capl'a
⁊ ℟. sicut plimoꝝ marti-
rũ. Oratio. Presta dñe pre
cibus vt supra. Sancti
ferreoli martiris. ix. lc. Ad
vespas cap. Beatus vir
qui in sapia. ℣. Glia et ho.

Antiph. Hic est vere martir
Oratio. Letetur ecclesia.
Ad completoriū. ymnus:
Jesu saluator. et cetera.
Inuitatorium. Regem martirum. et cetera. Antiph.
In lege domini. Cum aliis.
Vsus Glia et ho: Cū aliis.
Incipit passio sancti ferreoli mris Lc. prima

Cū per vniuersas prouincias christianoꝝ genus carū deo a ministris diaboli deseruire sacrilegis ritibus cogeretur. sicut et pro deum est: crispinus quidā tēporis illius pses in viennēsi vrbe iuxta impatoꝝ preceptū cepit ad sacrificandū cogere christianos. Et sedens pro tribunali: detestabili cōsilio cepit honorare obtemperātes. cōtradicentes aūt punire. ℞. Gloria et honore

Lectio secunda

Quicq dū in cunctos dei seruo ꝑ per ministrum furoris sui acerbissime crassaret: contigit vt beatissimū martirē ferreolum habitu solo: specie tenus nō officio militantē: q a esset proditus christianus: sacrificare cōpelleret dicens Parere te primitus necesse est ferreole inuictissimoꝝ principū legibus: q et ꝑ militie stipēdiis fidē debes: et pro reuerentia maiestatis et pro honoris augmento. parendi. irreꝑhensibiliter deuotionē. Quā obrem oportet te ob temperare consilio. ne dissimulantē atrocior pena castiget. Sacrificare ergo diis iussus est quid morarís. ℞. Domine preuenisti

Lectio tercia.

Ferreolus dixit. Christianus sum: sacrificare diis nō debeo. Imperatoribus quā diu salua religione licuit militaui opera mea cum sibi parui iustis legibus debui sacrilegis nūbuam. Promisi aduersum noxios nō aduersum christianos militare proposui. Stipendia que cōmemoras: non re

quiro. Pascat sacrilegum militem: sacrilegus imperator. Temporalis vite lucra non ambigo. Michi sufficit: si salua religione liceat viuere christianum. Certe si nõ licet mori paratus sum. ℟. Posuisti domine, et cetera.

Lectio quarta.

Preses dixit. Que in te tanta est ferreole moriendi fiducia. An forsitan post iniuriam leguz et contumeliã principum venit in te desperatio viuendi? Patitur hoc obolitum fieri humanitas nostra. quod vel in deos vel in principes cõtumaciter postulasti? Si dictorũ tuorum gerens penitentiaz satisfeceris legibus repudiando christianorum sectam: et sacrificando numinibus. ℟. Desiderium anime eius.

Lectio quinta.

Ferreolus dixit. Humanitatem tuam vel indulgentiam quam pmittis. tibi vel imperatorib⁹ tuis deinceps militatur⁹ expectet. quorum legibus iniuriam nõ facit. qui dei legem preponit. Ille potius reus est diuinitatis. qui incensibilia et caduca veneratur. ℟. Honestum fecit illum dominus. et cetera.

Lectio sexta.

Ego creatorem nõ creaturam adorare proposui: michi deum non in manu factis querendum ipse loquitur: qui cuncta formauit. Cuius testes sunt celum et terra. et quecunque vel deorsum iacent et desuper fulgent: Omnia ista illi seruiunt. Que propter nos creans deus: in omnibus profutura nobis non dominatura constituit. Uos potius recte ordinata turbatis: preponendo temporalia etenis mortua viuentibus: sentientibus bruta. mendacium veritati. ℟. Certamẽ et cetera.

Lectio septima.

Uerberetur ꝓpter sup-
biā lapsus: atq̄ ip-
petuū dānatus: sp̄us ma
lignus. Deus vero q̄ vni-
uersoꝝ dn̄s et imꝑator e-
ternus est: dedit seruis su-
is fiduciā moriendi: p ie-
sum christū filium suū. p
quē et cōcessa spe resurgē
di: in ampliorem vite mo
dum vite presentis dāna
nos prouocant. ℞. Jocun
ditatem. Lcō octaua.

Preses dixit. Jacturaz
in te vt video iā feci
stis: dignuz est tamen vt
etiā tormenta sustineas.
qui cō filiū humanitate nō
flecteris Qui nisi sacrifica
ueris: quā sint acerba co-
gnosces. ℞. Corona aurea.
Cūq̄ preses Lc. ix.

Uobis minis nō ꝓmo-
ueri cerneret: iussit eū bo-
neratum ferro recludi i car
cere dicens Rebellē hūc:
squalidus et omnē penā
excedens carcer excludat
Reum se sentiat maiesta-
tis: Careat luce contemp
tor deoꝝ: compeditū stare
nō liceat Sedentē quoq̄
ferri deprimant pondera.
Jacentē etiā. ipsa que a-
stringit vastior cathenaꝝ
iūctura consumat: donec
aduladiorē ꝑparat' que-
stionē omia que in crimi-
nosis constituta sunt tor-
menta percurrat. ℞. Sto-
la iocūditatis. ps. Te deum
℣'. Magna est gloria ei' In
laud. an̄. Qui me confessus.
Cum aliis Cap. Beatus
vir qui in sapia. ℣' Stola
iocūditatis. an̄ Qui sequit̄ me
Orō Letetur ecclesia Ad
terciā ad sextā ⁊ ad nonā
capitula ⁊ ℞. sicut de vno
martire Oratio Letet̄ ec-
clesia. Ad vespas cap. Be
atus vir qui in sapientia:
℣'. Gloria et honore. ā. Iste
est qui pro lege dei sui morti se
tradidit. ⁊c. Orō. Letet̄ ec-
clesia. Ad compl'. ym' Te
lucis. Sancti mathei
apostoli et euāgeliste. ix.
lc. et cantores. Ad vespas
capi̅m. Jam nō estis hos.
℣' In omnē terrā. An̄ Beati
eritis. Repetat̄ an̄ orō

Da nobis' omp̄s de':
vt beati mathei apo

stoli et euãgeliste, quã preuenimus venerãda solẽnitas et deuotionẽ nobis augeat et salutem Per dominũ. Inuitat. Regẽ apostolorũ. An. In omnẽ terram. cum aliis ps. Celi enarrãt cum aliis v. In omnẽ terrã

Incipit vita sancti mathei apostoli. L. prima

Quoniã cura est deo de hominibus: plus animarũ curã gerit quam corporũ Plerũqꝫ enĩ accidit vt leticia corporalis: cũ sit tẽporalis in lubricũ posita. ꝛ magis eo se se de finendo incipiat quã manẽdo eternã anime tribulatione infligere: ex ipsa enĩ vniuersa peccata nascũtur Et ideo dixi deum nostrũ plus animarũ curam gerere quã corporum Dum ex aliquo natas tristitias tẽporales que corporibus sunt molestie pmittit nos imorari: quoniã ex ipis eterna gaudia oriũtur. R. Ecce ego mitto

Cura ergo vos. L. ii

vt incohoamus loqui deo nostro de hominibus magna est: et maioribus maiora genera medicaminũ procurat Erant itaqꝫ duo magi zaroes ꝛ arfasar apud ethiopes in ciuitate eorũ magna nadaum: in qua erat rex nomine eglippus. R. Tollite iugum. Lectio tercia

Hunc ergo ludificabãt hi duo magi vt dicerent se deos esse: et credebat eis rex ꝛ omis populus memorate vrbis. Et ibat opinio eorꝫ per totã ethiopiã ita vt ex longinquis regionib⁹ ethiopie venirent et adorarẽt eos R. Dum steteritis Lc. iiii.

Faciebant enĩ hominũ gressus subito figi: et tãdiu imobiles stare: quã diu ipsi voluissent Similiter ꝛ visus hoĩm ꝛ audit⁹ a suo officio refrenabant. Impabant serpentib⁹ vt percuterẽt: quod et incantatores marsi facere solẽt et ipsi incantãdo curabãt vt ꝛ dici solet vulgo maligis maior reuerẽtia exhi

betur timoris. quã beni-
gnis amoris. ℟. Non sunt
loquele. Lcõ quinta.

Cura ergo vt sepe dic-
tum est hoim curam
gerens: mathcum contra
hos apostolũ misit. Qui
ingressus est in ciuitatem
cepit detegere prestigia e-
orum. Omẽs eñ quos il-
li figebant: hic in nomine
iesu christi soluebat. Quos
illi cecabant: hic illumina
bat. Quibus illi auditum
tulerant: iste reddebat. ℟.
Constitues eos. Lc. sexta

Serpentes quos illi ad
pcutiendos homies
excitabant: hos reduce-
bat in nichilũ. Et percus-
siones eoꝝ facto signo de
um percurabat. Hunc cuz
vidisset ethiops eunuchꝰ
regine candacis nomine
qui fuerat a philippo apo
stoloꝝ dyacono baptisa-
tus. procidit ad pedes e-
ius adorãs ⁊ dicẽs Quia
respexit dominus ciuita-
tem istam: ⁊ liberauit de
munu duorum magoruz
hoꝝ quos putãt stulti ho
mines deos esse. Et susce
pit eum in domũ suaz. ℟.
Nimis honorati sunt. Lcõ
vii.

Et veniebant
ad eum omñs amici
candacis eunuchi: et au-
diebant verbum vite. et
credebant in christo iesu
dño nostro ⁊ baptisaban
tur plimi. Videtes quod
omia mala que magi fa-
ciebant hominibus. hec dei
aplũs euacuaret. Illi eñ
ideo vulnerabant quos
poterant. vt vulneratos
reuocarẽt quicq̃ ĩdo cura-
re putabãtur: qm̃ a lesioẽ
cessabant. ℟. Beati eritis.
Lectio octaua.

Matheus autẽ aposto
lus christi nõ solum
hos curabat quos illi le-
debant sed etiã omñs qui
ad eum ferebãtur infirmi
tatibus diuersis oppressi
Predicabat autem popu
lo veritatẽ dei: ita vt om-
nes mirarentur de loque
la eius. ℟. Non vos me ele
gistis. Lectio nona.

Tunc candacis eunu-
chus qui eum suscepe

rat: cum omni affectione in terrogauit eum dicens. Ob secro te vt digneris indicare michi quomodo cum sis hebreus nosti grecam et egiptiacam linguam et ethiopicam sermocinationem: ita vt hi qui in eis nati sunt: ita sermocinari non possunt. Apostolus respondit Totus mundus vnam sermocinationem omnium hominum habuisse cognoscitur seruata est presumptio omnium hominum talis que eos turrem tante magnitudinis facere ortaretur. vt cacumen eius perueniret ad celum Hanc presumptionem dei potentia hoc ordine repressit: vt nullus nullum posset sibi aduertere. ℟. Beati qui persecutionem. ps. Te deum. laudamus te dominum. et cetera ℣. Nimis honorati sunt. In laud. an. Hoc est preceptum meum. Cum aliis. Capitul. Jam non estis hospites. et cetera. ℣. Annunciauerunt opera dei. An. Vos qui reliquistis omnia Repetatur. a. ps. Bened. Oratio.

Beati mathei apostoli tui et euangeliste domine precibus adiuuemur. vt quod possibilitas nostra non obtinet: eius nobis intercessione donetur Per dominum Ad. iii. ad vi. et ad ix. cap. et ℟. sicut de apostolis. Oro. Beati mathei. apostoli tui et euangeliste Sanctorum martirum mauricii sociorum eius. Cantores et laud. Ad vespas super psalmos an. Fulgebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discurrent iudicabunt nationes et viuunt in eternum. Psalmi feriales illius diei. Capitulum.

Sancti ludibria et verbera experti insuper et vincula et carceres lapidati sunt secti sunt temptati sunt et in occisione gladii mortui sunt pro christo. ℣. Triumphant sancti martires christi. ℟. Qui sub maximiano mortem susceperunt. Antiph. Aue beata legio christi virtutum dono roborata iter tormenta contempsisti sacrilega amplectendo celestia vnde cum agminibus angelorum vocibus

claris regē oīm laureata psallendo collaudat. Quapropter oīs supplici deuotione et actione celi aulam poscimus promereri qua lux splendet sine fine
Añ. ista nō reiteratur. or.
Annue quesum⁹ oīps deus: vt nos sctōrū martirū tuoꝝ mauricii: exuperii: candidi: victoris: innocentii: ac vitalis: ac sociorꝝ eorū letificet votiua solemnitas. et quoꝝ natalicijs gliamur et suffragijs adiuuemur: Per dominū
Ad compl. y⁹ Jesu saluator Inuitat. Regē regū dñz venite adorem⁹. Quia ipse est corona sanctorū martirū. ps: Venite In primo noct. a. Quāta excolendus est reuerentia sacer ille locus in quo tot p christo martirū milia ferro cesa referūtur ps Beatus vir. a. Hi sancti viri in rebus bellicis strenui virtute nobiles sed fide nobiliores pmanserunt. psal. Quare fremuerūt an. In sāctorū deuotionibus sctūs mauricius triūphauit sanctorū gloriam beatus exuperius ordinauit spe imortalitatis sctūs candidus et victor fide armati sūt ps Dñe quid multipl. y⁹ Triumphant sancti martires christi. Incipit passio sāctoꝝ martirū agannensiū legionis thebaice lc. i.
Sanctoruz martirū q̄ aganū glorioso sāguine illustrant. pro honore gestorum passionē stilo explicam⁹: ea vtiqꝫ fide qua ad nos martirii ordo peruenit. Nam p succedenciū relationē: rei geste memoriam nondum intercepit obliuio. Et si pro martiribus singulis loca singula que eos possident. vel singule vrbes insignes habentur nec inmerito quia pro deo summo preciosas sancti animas retundunt quāta excolādus est reuerentia sacer ille agannensiū locus. in quo tot p christo martirū milia ferro cesa referūtur. R. Sanct⁹ mauricius legionē sanctam premonuit vt a celestia regna properaret. Beatus exuperius miles candidus et victor et beatus innocēcius iunctis meritis se so-

cauerũt. ℟. Preciosa sunt thebeorũ martirum vulnera sancti mauricii cũ sociis suis. Beat⁹ exuperius. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spũiſſancto. Se sociauerunt.

Lectio secunda. Nũc iam ipsam beatiſſime passionis causam loquamur Sub maximiano q̃ romane rei publice cũ diocleciano collega imperiũ tenuit: per diuersas fere prouicias laniati aut interfecti sunt martirũ populi. Idē namq₃ maximian⁹. sicut auaricia: libidine crudelitate. ceterisq₃ viciis obsessus fuerebat: ita etiaʒ execrandis gētilium ritibus deditus. ⁊ erga deuʒ celi profanus. impietatē suaʒ ad extinguendũ xpianitatis nomen armauerat. ℟. Sancta legio agannensiũ martirum dum resisterent aduersariis sacro duce mauricio interuenientc. Immortalitatem cōpendio acquisierũt. ℣. Sanctorum corpora sacri sanguinis vnda pfudit preciosorũ martirum vulnera societas consecrauit. Immortalitatem. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spũi scõ. Acq̃sie.

Lectio tercia. Si qui tũc veri dei cultũ profiteri audebant: sparsis vsq₃ quaq₃ militũ turmis. vel ad supplicia vel ad neceʒ rapiebātur. ac velut vacatione barbaris gentilium data: prorsus i religioneʒ arma cōmouerant. Erat eodē tempore in exercitu legio militum qui thebei appellabātur. ℟. Sanctorũ corpora sacri sanguinis vnda perfudit preciosorũ martirũ vulnera societas consecrauit. Que nobis rodanus inundando refudit. ℣. Preciosa sunt thebeorũ martirũ vulnera sancti mauricii cũ sociis suis. Que nobis. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Repetat iterum. ℟. In scdo noct. añ. Tenemus ecce arma et nō resistimus quia magis mori quam occidere parati sumus. Ps. Cũ inuocarē. Añ. Si qui viri dei cult um profiteri audebant statim ad supplicia seua ad necem rapiebātur. Ps. Verba mea Añ. Omēs vnanimes vnũ eternitatis deum se colere

professi sunt. et ideo iugulati corona regni acceperunt. ps. Dne dns noster. v. Mi scti viri in rebus bellitis strenui. R. Uirture nobiles s3 fide nobiliores:

Lcō quarta.

Legio autē vocabatur que tūc sex milia sexcē tos viros in armis habebat. Hi in auxiliū maximiani ab orientis partibus accersiti venerāt: viri reb⁹ bellicis strenui. v̄tute nobiles: sed nobiliores fide. Erga imperatorē fortitudine: erga christū deuotione certabāt. Euāgelici p̄cepti etiā sub armis non immemores. reddebant que dei erant deo. et que cesaris cesari restituebāt. R. Triūphant scti martires christi Qui sub maximiano mortē decreuerūt suscipere et cū sancto mauricio regna celestia acceperūt. v⁹. Flagrabat in beatissimis martirib⁹ gloriosus ardor Qui sub. Gloria patri et filio et spūi sancto. Acceperūt.

Lectio quinta.

Itaqꝫ cū et hi sicut ceteri milites ad ꝯtrahendā christianoꝝ multitudinē destinarētur: soli crudelitatis ministeriū detractare ausi sunt. atqꝫ huiusmodi p̄ceptis se obtēperaturos negant. Maximian⁹ nō longe ab erat Nā se circa octodorū itinere fessuz tenebat. Ubi cū ei per nūcios delatū esset legionē hanc aduersus mandata regia rebellem. in agannēsibus angustus substitisse in furorē instinctu indignationis exarsit. Sed michi priusquā reliqua commemorē: situs loci huius relationi inserēdus videtur. R. Magnū et premium vnius martiris quantū latius hti mauricii cū sociis suis qui dū tyrāni cōtempserunt imper Sex milia sexcēti coronati sunt martirio. v⁹. Sanctus mauricius legionem sanctam premonuit vt ad celestia regna properaret. Sex milia. Glia patri et filio et spiritui sancto. Marti

Agānus sexaginta ferme milib⁹ agenanēsi vrbe et quatuordeci vero milib⁹ distat

a capite lemannu lac⁹ quo influit rodan⁹. Lacus em ipse inter alpina iuga ia lesitus est: ad quē pergentibus difficili trāsitu. aspe rum atq₃ artum iter pādi-tur. Infest⁹ namq₃ rodanus saxei mōtis radicib⁹ nix peruium viātibus aggerem relinquit. Euictis trāsmissisq₃ angustiarum faucib⁹: subito nec exigu⁹ inter montium rupes. cā-pus aperit. In hoc legio sancta considerat. ℟. Hi sancti viri in rebus bellicis strenui. Uirtute nobiles sed fide nobiliores pmanserūt. ℣. Omnes vnanimes vnū eternitatis deū se collere professi sunt. Uirtute. Gloria patri et filio et spūi sancto. Permanserūt. Iteruz repetatur ℟. in tcio noct. añ. Flagrabat in beatissimis martirib⁹ gloriosus ardor qa trucidāti ferro colla submictūt qui sub maximiano pempti sūt quos multitudo angelorum cū gaudio suscepit. ps. In dño confido. añ. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerūt stolas suas et deal-

bauerūt eas in sanguine agni. ps. Domine quis habitabit. an. Isti sunt sancti qui pro dei amore minas hominum cōtemp serunt christi enim martires in regnum eternum exultāt cum angelis. O quam preciosa est mors sanctorum qui assidue assistunt ante dñm ab inuicem non sunt separati. ps. Deus venerunt gentes. ℣. Preciosa sunt thebeorum martirum vulnera. ℟. Sancti mauricii cum sociis suis.

Lectio septima.

Igitur sicut supra diximus cognito maximianus thebeorum responso: precepit ira feruidus: obneglecta imperia decimum quēq₃ ex eadem legione gladio feriri. quo facilius ceteri regis preceptis territi metu cederent. Redintegratisq₃ mandatis edicit vt reliqui in persecutionem christianorum cogantur. Responsorium. Flagrabat in beatissimis martiribus gloriosus ardor. Quia trucidanti ferro colla submittunt.

f

℣. In sanctorū deuotionib⁹
sanctus mauricius triūphauit
sanctorū gloriā beatu s exupe-
rius ordinauit. Quia trucidāti
Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Submittūt L. viii.

Ubi vero ad thebeos
denūciatio iter ata
puenit. cognitūq; ab eis
est: nūgi sibi rursum pse-
cutiones profanas: voci-
feratio passim ac tumult⁹
in castris exoritur affir-
mantiū nūquā se vlli in
hec tam sacrilega misteria
cessuros ydolorū profana
semp detestatos christia-
nis se imbutos sacrez di-
uine religionis cultui in-
stitutos Unū se eternita
tis deū colere extrema ex
periri sanctius esse: quam
aduersum christianā fidē
venire. ℟. Deus innocentie
verus amator longe post passi
onē sacratissime legionis inno-
centis vnda rodani fluminis
famulante Reuelauit martiris
sui innocentii inclita mēbra ℣.
Que ideo dn̄s per aquas ma-
nifestauit vt eas exinde sancti-
ficaret et fidelibus suis patro
cinia prouideret. Reuelauit.
Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Inclita mēbra. L. ix.

His deinde compertis
maximianus omni
belua cruentior rursus ad
ingenii seuiciā redit atq;
imperat vt iterū decimus
eorū morti detur ceteri ni-
chilominus ad hec que spre
uerant cōpellerentur Qui
bus iussis denuo ī castra
perlatis: segregatus atq;
percussus est qui decimus
sorte obuenerat. ℟. Uir in
clitus mauricius martir domi
ni p̄ciosus succensus igne diui
ni amoris constanter sustinuit
supplicia passionis. Et per ima
nitatē tormentorū peruenit ad
societatem angelorū. ℣. Cui⁹
intercessio nobis obtineat ve-
niam qui per tormenta passio-
nis eternā meruit palmā et sem
piternā coronā Et per īmanita
tem. Gloria patri et filio et spi
ritui sancto Repetatur iterū
℟. ps Te deum. ℣. Exulta
bunt sancti in gloria In lau
dibus an̄. Sanctus mauri-
cius legionē sanctā promonuit
vt ad celestia regna properaret

beatus exuperius miles candidus et victor cũctis meritis se sociauerũt An Sancta legio agaunensiũ martirũ dũ resisterẽt aduersariis sacro duce mauricio interueniente imortalitatem compendio acquisierunt. An Preciosa sunt thebeorũ martirũ vulnera sancti mauricii cũ sociis suis qui sub maximiano mortẽ decreuerũt suscipere An Sanctorũ corpora sacri sanguinis vnda pfudit. preciosorũ martirũ vulnera societas cõsecrauit. que nobis rodanus inũdando refudit An Ecce factus est sacer ille agaunensiũ locus per suffragia sanctorũ salus presentiũ presidiũ futurorũ. Cap. Sancti ludibria. vt supra. ℣ Ecce facus est sacer ille agaunensiũ locus. ℟. In quo tot pro christo martirũ milia ferro cesa referũtur. Ad Bened. an. Triũphant sancti martires christi qui sub maximiano mortẽ decreuerũt suscipere et cũ sancto mauricio regna celestia acceperũt Repetatur iterũ an. Orõ. Annue quesumus: vt supra: Ad terciã cap. Sãcti ludibria

℟. Triũphant sancti martires christi. ℣. Qui sub maximiano mortẽ susceperunt. ℣. Vi sancti viri. Orõ. Annue quesumus. vt sup: Ad vi. cap. Scti ludibria. ℟. Vi sancti viri in rebus bellicis strenui. ℣ Virtute nobiles sed fide nobiliores. ℣ Preciosa sũt Orõ Annue quesum⁹ Ad nonã cap. Sãcti ludibria ℟. Preciosa sunt thebeorum martirũ vulnera. ℣. Sancti mauricii cũ sociis suis. ℣ Ecce factus est vt supra. Orõ. Annue quesumus. Ad vesperas õc. de laud. p. i. fer. ultimus dici. Allã. ℣ Iusti epulẽtur et exultent in cõspectu dei delectẽtur in leticia. Ad Magñ. an. O beata milicia orientalis patrie que per dira supplicia efrenate militie superce lestis curie meruisti stipendia tua sequens insignia grex presentis familie in hac valle miserie clamat petens suffragia. Orõ. Annue quesum⁹ Ad compl. ℣ Te lucis Fiant oct. et dicantur per totas octauas Inuitat. Regem martirũ An Beati pauperes

cũ aliis. ps. Btũs vir cũ alus. v. Triũphant scti martires christi. Lcões de hystoria. R. Sctũs mauricius tria et tria dicãtur. Et finita repetãtur. ps. Te deum. v. Exultabũt sancti. In l. añ. Iustorũ anime. Añ. Corpora sanctorũ Añ. Accipiant regnũ decoris. Et dicãt vna post aliã. Finitis istis tribus antis repetant. Cap. Iusti in perpetuũ. v. Ecce factus est sacer ille. vt supra. Añ. Quãta e. coléd us est. et cetere per ordinẽ. per totas oct. dicant ad Benedꝰ. et sequẽs orõ ad oẽs horas pter primã et compl. orõ

Presta quesumus ops deus: vt qui gliosos martires mauriciũ sociosq̃ eius fortes in sua confessione cognouimus pios apud te in nostra intercessione sentiamꝰ. Per dñm. Ad. iii. ad vi. et ad ix. cap. sicut p̄ l. oꝝ. mr. R. sicut i die dicãt. orꝝ. Presta quesumꝰ ops deus. vt sup. Ad vespas cap. Iusti in petuũ. v. Triũphant sancti martires christi. vt sup. Añ. Sctũs mauricius: et cetere p ordinẽ dicãt ad Mag. vna post aliã. Et finite repetãt. orꝝ. Pr̃a q̃s. o. deus. Dñica ĩfra oct. Inuit. Regẽ martirũ ã. Bti paupes. cũ al. v. Triũphãt scti martires. Lec. de hy. R. Sctũs mauricꝰ cũ al. p. Te deũ v. Exultabũt scti. In l. ã. Iustorũ aie cũ al. cap. Iusti i p̄petuũ. v. Ecce factꝰ ẽ sacer. a. õ noct orꝝ. Pr̃a q̃s. o. d. Ad iii. ad vi. et ad nonã. cap. sicut p̄l. moꝝ mr. R. et v. sicut i die orꝝ. Pr̃a q̃s. Ad vs. cp. Iusti i p̄pe v. Triũphãt scti añ. vna de laud. s. mauricii sicut euenerit. orꝝ. Pr̃a q̃s. Et semp fiat de oct. quãuis sctus euenerit. Sãctoꝝ martirũ cosme et damiani. Fiat cõmemoratio tm̃ ad missam. Dedicatio scti michaelis archangeli. Et oct. scti mauricii. Cantores et baudes. Ad vespas capitulum.

Significauit deus que oportet fieri: cito loquens per angelum suuz

seruo suo iohāni qui testimonium phibuit verbo dei et testimoniū iesu christi quecūqz vidit. ℣. In cōspectu angelorum psallam tibi deus meus. ℟. Et adorabo ad templū sanctum tuū et confitebor nomini tuo dñe. Anti. Factum est silentiū in celo dū drago cōmitteret bellum ꝛ michael pugnauit cum eo ꝛ fecit victoriam allā. Repetatur iterū an. Orō.

Deus qui miro ordine angelorū misteria hominūqꝫ dispensas. cōcede ꝑpicius. vt a quibus tibi ministrantibus in celo semꝑ assistitur ab his in terra vita nostra muniatur. Per dñm.

Ad completoriū ℣. Iesu saluator. Inuitatorium. Regem archangelorū dñm Venite adoremus. ps Venite. In primo nocturno an. Introibo in domū tuā adorabo ad templū sanctū tuum. ps. Verba mea. An. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales. ps Dñi est terra. Anti. Introibo ad altare dei nrī ad deū q letificat iuuentutē meam. ps. Iudica me deus ꝛ discer. ℣. Introibo in domū tuā dñe. ℟. Et adorabo ad templū sanctū tuū Lectiones de dedicatiōe basilice sancti michaelis archangeli. Lcō prima

Memoriā beati michaelis archangeli toto orbe venerandā ipsius ꝑ condita ꝛ consecrata demonstrat ecclesia: que nō metallorum fulgore. sed priuilegio est cōmendata signorum. Uili facta scemate. sed celesti predita virtute. vt pote fragilitatis humane. memor archangelus celo veniens ad ꝑmerendam mortalibus superno societatē: propria manu condere dignatus est. ℟. Factum est silentium in celo dum cōmitteret bellum drago cū michaele archangelo audita est vox milia miliū dicentium. Salus honor ꝛ virtus omnipotenti deo. ℣. Et proiectus est ille drago magnus q seducit vniuersum orbem et facte sunt voces magne dicentes Salus. Lectio scda

Vertice siquidē mōtis excelsi posita de corpore eiusdē saxeo: speluñce instar precauata ostendit. hanc mortalibus hoc modo cognitā: libellus in eadem ecclesia positus indicat. Est autē locus in cāpanie finibus. vbi inter sinū adriaticū et montem garganū est ciuitas sepōti posita. qui a menib' ciuitatis duodecim milia pre erectus: in cacuminis supremo beati michaelis archangeli quā prefatus sum: gestat ecclesiā. ℞. Nūc facta est salus et virtus ꝛ regnū deo nostro ꝛ potestas christi eius Quia proiectus accusator fratrū nostrorū qui accusabat illos ante conspectū dei nostri die ac nocte. ℣. Propter ea letamini celi et qui habitatis in eis. Quia proiectus Lc. iii.

Erat autē in eadē ciuitate qdā hō pdiues nomine garganus. qui ex ventu nomis sui mōtivocabulū indidit. Cui' dū pecora infinite multitudinis perdeuexi montis latera pascerentur: contigit taurū armenti gregis cōsortiū spernentē singularē incedere in solito. ꝛ ad extrema queque redeūte pecora: domū non esse regressum. ℞. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulū aureū in manu sua. ꝛ data sunt ei incensa multa Et ascēdit fumus aromatum de manu angeli in conspectu dei ℣. Factum est silentiū in celo ꝛ accepit angelus thurribulū et impleuit illud de igne altaris Et ascendit. In scdo noct. an. Michael archangele veni in adiutoriū populo dei. psalm' Magnus dñs. An Vidit iacob scalam summitas ei' celos tangebat et descendentes angelos et dixit vere loc' iste sctūs est. ps Quā dilecta. An. Archangeli michaelis intercessione suffulti te dñe depcamur vt quos honore prosequimur contingamus et meta allā. ps Benedixisti ℣. Introibo ad altare dei. ℞. Ad deum qui letificat iuuentutē meam. Lcō. iiii.

Quē dñs collecta multitudi-

ne seruorum per deuia que-
que requirens: inuenit eum
stantem in vertice montis:
in foribus cuiusdam spelunce
Itaque permotus cur solus
vagusque incederet: arrep-
to arcu appetiit illum sagit
ta toxicata. cumque a quo ia
ctata est mox reuersa percus
sit. stupefacti ciues et perter
riti. videntes qualiter res
gesta sit non audebant ad
montem propius accedere.
Consulunt episcopum: quid
facto opus sit: Qui indi-
cto ieiunio triduano: a deo
monuit esse querendum.
R. In conspectu angelorum
psallam tibi. Et adorabo ad tem
plum sanctum tuum et confitebor
nomini tuo domine. V. Deus meus
es tu et confitebor tibi deus meus
es tu et exaltabo te. Et adora-
bo ad templum. Lectio .v.

Quo peracto adest in vi
sione in ipsa nocte e-
piscopo. sanctus domini archan
gelus michael: sicque eum
alloquitur dicens. Bene
fecisti quia quod homini-
bus latebat misterium: a
deo querendum existimasti
hominem videlicet percus-
sum suo telo. Scias certe
quod hoc mea gestum est
voluntate. R. In conspectu
gentium nolite metuere vos enim
in cordibus vestris adorate et
timete dominum. Angelus enim eius
vobiscum est. V. Animequio-
res estote filii. clamate ad dominum
et eripiet vos de manu princi
pum iniquorum. Angelus.

Lectio sexta.

Ego sum enim michael
archangelus qui in con
spectu domini semper assisto: lo
cumque hunc in terris inconta
minatum seruare instituens
hoc iudicio volui vobis
monstrare. omnium que ibi ge
runtur. ipsiusque loci me esse
inspectorem atque custo-
dem. R. Dum committeret bel
lum drago cum michaele archan
gelo audita est vox milia milium
dicentium Salus deo nostro V.
Millia millium ministrabat ei et
decies centena millia assistebant
ei. Salus. In tercio noct.
an: Angeli eorum semper vident
faciem patris. ps. Cantate: ii
An. Adorate dominum alleluia omnes
angeli eius alleluia. ps. Dominus re-

pp iii

gnauit exultet. Rn Factū silentiū. vt in primus vespis ps Benedic. v. Stetit angelus iuxta aram templi. R. Habens thuribulū aureū in manu sua. Lectio vii.

His itaqꝫ reuelatione cōpertis: consuetudinē fecerūt ciues hic dn̄m deposcere precibus. sctm̄qꝫ etiā michaelem. Et appropinquātes locū operationis āgelice: duas quidē ibi ianuas cernentes. quarū vna australis que erat et maior et aliquibus gradibus vergētib⁹ adiri poterat. sed non vltra criptam ausi sunt intrare prefor ibus: quotidie orationi vacabant R. Nunquid scis quare venerim ad te ꝛ nūc reuertar vt prelier aduersus principem persarū contradicentem tui precibus ꝛ mee legationi. Verūtamen michael archangelus princeps vester hic stat pro filiis populi mei v. Nūc ergo egressus sum vt docerem te tu autē animaduerte sermonē et intellige visionē. Verūtamen michael. Lco viii.

Erat autē ipsa domus angulosa. nō in modū operis humani specie facta: nec erectis parietibus neqꝫ tecto alto sed instar speluce precauata: ac sepius iminentib⁹ petris aspera scopulis diuerse altitudinis facta. Eque ī loco verticem premebat: et in alio vix poterat manu attingi. R. Docebo te q̄ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus et annūciabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis Et nemo est adiutor meus in omnib⁹ his nisi michael archāgelus princeps vester. v. Ex die qua posuisti cor tuū ad intelligendū vt affligeres te in cōspectu dn̄i exaudita sunt verba tua ꝛ ego veni ꝑpter sermoēs tuos Et nemo L. ix.

Credo docente archangelo nō ornatū lapidū: sed cordis ibi querere ꝛ diligere puritatē. Vertex vero mōtis tā intrinsecus quā extrinsecus partim silua tegitur: partim virēti planicie dilatatur. Inter hec: neapo

lite paganis adhuc ritib⁹ ob errantes. sepōtinos et beneuētanos. qui ducentis quiquaginta milibus a seponto distant. belluz lacessere temptāt. ℟. Vir inclitus mauricius. vt supra. ps Te deū ℣⁹. In cōspectu angelorū. vt sup. In laud. ā Stetit āgelus iuxta aram templi habens thurribulū aureū in manu sua. An Ascendit fumus aromatū in cōspectu dñi de manu angeli. An. Milia miliū ministrabāt ei et decies centena milia assistebāt ei An Angeli dñi dñm benedicite ineternū An Angeli archangeli throni et dñationes principat⁹ et potestates virtutes celorum laudate dñm de celis allā. Capitulu Significauit deus ℣⁹ Milia miliū ministrabāt ei ℟. Et decies cētena milia assistebāt ei Ad Bñd. ā. Dū cōmitteret bellū drago cū michaele archāgelo audita est vox milia miliū dicentiū salus deo nostro Repetat iterū ā. Orō. Deus qui miro Alia orō. Presta quesum⁹ oṗs de⁹. Ambe simul dicant ẏmnu

Per dñm. Ad terciā cap. Significauit de⁹. vt sup. ℟. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. ℣⁹. Adorabo ad templū sanctum tuū. ℣⁹ Stetit angelus Orō Deus qui miro ordine vt sup. Ad vi. cap. Significauit deus. ℟. Stetit angelus iuxta aram templi ℣. Habens thurribulū aureū in manu sua. ℣⁹. Milia miliū. orō. Deus qui miro ordine. Ad nonam capitulū. Significauit deus ℟ Milia miliū ministrabant ei. ℣⁹ Et decies centena milia assistebant ei ℣⁹ Stetit angelus. Oratio Deus qui miro ordine. Ad vesperas aň Stetit angelus. Aň. Ascendit fumus. Aň. Milia milium Aň. Michael archangele. vt in secundo nocturno. Aň. Angeli eorum. vt in tercio nocturno. psalmi feriales illius diei. Alleluya. ℣⁹. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. Aň. Archangeli michaelis vt in scdo noct. orō Deus qui miro ordie Ad compl. ẏm Te lucis.

Sancti hieronimi psbiteri et cōfessoris ix.lc. rcā torēs Inuitat. Justus florebit. An Beatus vir. cum al. V. Justus vt palma. Incipit vita scti hieronimi psbiteri et confessoris. Lc. prima

Hieronimus presbiter in oppido stridonis. quod a gotis euersum dalmacie quōdā ponnonieqꝫ confiniū fuit patre eusebio natus: vestem christi puer rome suscepit. ibiqꝫ litteris grecis ac latinis a primeuo eruditus est. In arte quidem grāmatica: donatū habuit preceptorem. In rhetorica autē: victorinū oratorē R. Posui adiutoriū. lc.ii.

Postquā vero omnem mundanoꝝ studioꝝ litterarū adeptus est sciētiam. probatissimoꝝ quesque monachoꝝ habitum factūqꝫ mutatus est. Cupiditatē siquidem anime iugi sinceritate calcās. voluptatēqꝫ corporis. phenni frangens ieiunio: plerosqꝫ bonoꝝ religiosoꝛuꝫ meliores fore suo docuit instituto. R. Ueritas mea. rc.

Lectio tercia

Quodā igitur tempore dū ex more idem hieronimus diuina ad legendū pandit volumina ⁊ mortalē bibliothece sue auctorē tulliū recordatur mox celitus ne tales quādoqꝫ reuolueret libros. salutifero castigatus est verbere. R. Justus vt palma.

Lcō.iiii.

Ita eñ ipse de se ad eustochiū virginē scribens asserit. Cuꝫ ante ānos plurimos domo. parētibus sorore cognatis. et quod his difficilius est cōsuetudine lautioris cibi. propter celoꝝ ūne regna castrassem. ⁊ hierosolimā militaturus pergerem: bibliotheca quam rome cū summo studio ac labore confeceram carere nō poteram. R. Justus germinabit. Lectio quinta.

Itaqꝫ miser ego: lectur⁹ tulliū ieiunabā. Post noctiū crebras vigilias. post lachrimas quas mi-

chi preteritorum recordatio peccatorum. eximis visceribus eruebat: plato sumebatur in manibus. Si quando in memetipsum reuersus prophetas legere cepissem: sermo horrebat incultus: ℟. Jurauit dñs: Lcō. vi.

Et quia lumē cecis oculis nō videbā: nō oculorum culpam esse putabam sed solis. Dū me ita quasi antiquus serpens illuderet: in media ferme quadragesima medullis infusa febris. corpus meū inuasit exhaustum. Et sine vlla requie quod dictu quoque incredibile fit sic infelicia membra depasta sunt: vt ossibus vix hererent. Interim parabātur exequie et vitalis anime calor toto frigescente iam corpore: in solo tantū tepente pectusculo palpitabat: ℟. Justum deduxit. Lc. vii.

Cum subito raptus in spiritu: ad tribunal iudicis pertrahor. Ubi tantū luminis et tm̄ erat ex circūstantium claritate fulgoris: vt proiectus in terram. sursum aspicere non auderem. Interrogatus cō ditionem: christianū me esse respondi. Et ille qui presidebat: mentiris ait Lice romanus es: nō christianus. Ubi thesaurus tuus ibi et cor tuū est. ℟. Beatus vir. et cetera. Lcō. viii.

Illico obmutui. Et inter verba nam cedi me iusserat. conscientie magis igne torquebar illū mecū versiculū reputans. In inferno autē quis cōfitebitur tibi. Clamare tamen cepi et eiulans dicere. Miserere mei dñe: miserere mei. Hec vox inter flagella resonabat. Tandē a presidentis genua prouoluti qui astiterant precabātur vt veniā tribueret adolescentie: et errori locum penitentie cōmodaret. exacturus deinde cruciatū. si gentilium litterarū libros aliquādo legissem. ℟. Ecce vir prudēs Lc. ix.

Ego qui tāto constrictus articulo. vellem etiā maiora promit

tere: deū iurare cepi. ⁊ no-
men eius obtestans dice
re. Dñe si vnquā habuero
codices seculares vel si le
gero: te negaui. In hec sa
cramēti verba dimissus:
reuertor ad supos. miran
tib⁹ cūctis oculos aperio
tanto lachrimarū nubere
pfusos. vt etiā incredulis
fidē facerem ex dolore. ℟.
Sint lumbi. ps. Te deū. ℣.
Amauit. In l. ā. Fidelis ser-
uus. cū al. cap. Justus cor
suū ℣. Os iusti. a. Euge serue
bone. Repetat añ. Oratio
Da quesumus ops deus.
Ad terciā ad vi. ⁊ ad no-
nā capla ⁊ ℟. sicut de vno
cōfessore Orō. Da quesu
mus Ad vespas Allā. ℣.
Justus germinabit sicut liliū
et florebit in eternū ante dñm.
Añ Quinq₃ michi dñe. ps.
Mag. Orō Da quesum⁹.
Ad compl. ℣. Te lucis.

Scti germani ⁊ scti re-
migii epor et confes. In-
uitat. Regem confessorū. añ
Beati paupes cū aliis. ℣.
Exultent iusti. Lctōnes de
hystoria. ℟. Absterget. ℟.
Salus antē. ℟. Mirabilis.
℣. Exultabūt sancti. In lau
dibus añ. Tanquā aurum.
Cap. Justi in ppetuū. Añ
Sancti per fidē orō Deus q̄
nos sanctoꝝ tuoꝝ Ad. iii.
ad vi. et ad. ix. capla ⁊ ℟.
sicut plimoꝝ martirū. orō
Deus qui nos sanctorū.

Sanctoꝝ martini mar
ci ⁊ marciani atq₃ francis
sci. Ad vespas cap. Justi i
perpetuū. ℣. Exultent iusti
añ Istorum est enī orō. De
us qui nos concedis. In
uitat. Regem martirum. Añ
Beati pauperes. cū aliis. ℣.
Exultēt iusti. Lctōes de hy
storia. ℟. Justorum aie. Et
duo sequentia. ℣. Exltabt
scti. In l. añ. Justorū anime.
Capl. Justi i ppetuū. ℣.
Clamauerūt iusti. añ. Isti sūt
sci. orō. De⁹ q̄ nos conce-
dis. Ad iii. ad vi. ⁊ ad. ix.
caplo ⁊ ℟. sicut plimorū
martiꝝ. orō De⁹ q̄ nos cō
cedis. Scti apolinaris
epi ⁊ cōf. ix lc. Ad vs. La.
Just⁹ cor suū. ℣. Justus vt
pal. añ. In fide ⁊ le. orō. Da
q̄s ops d̄. Inuitat. Justus

florebit. a. Btūs vir cū aliis. ps. Btūs vir. cū al. v. Justus vt pal. Incipit vita sci apolinaris epi ꝛ cōfes. l. pria

Quantū se oīm vita sctōꝝ actibꝰ sacrisq3 vtutibꝰ nō solū psenti clarificauit i sc'lo s3 eternitatis quoq3 titulis extulit i futuro. tm̄ fideliū sensibꝰ reatū abusiois exhiberet: vt ligue taciturnitate denegatis pconiis negligātur. Et licet sufficiat eis psentia gaudia laboꝝ vicisse cōpēdiis: tm̄ meōria eorū fraudant ꝛ posteri si succedentibꝰ seculis illoꝝ vinacta facta silētio denegētur. R. Posui adiutoriū. l'c.ii.

Et licet orbis totius spacia suoꝝ gestoꝝ āmiratioē compleuerint: et nullus sit xpani nomis locus: qui aut electoꝝ gloria careat. aut operū feliciū laudes ignoret. Tamē nos āmonent apolinaris sūmi facta pōtificis: ne pretereat sedulitas vocis: qd nequit lingua exequare successibus

R. Veritas mea. Lc.iii.

Igitur btūs apolinaris valencie vrbis episcopus: apud viennā ꝛ natꝰ ꝛ institutus est. Qui nobilis genere ortu cōspicuus natalium titulos mētis fastigatione sublimans dū pastoris curā gregem sibi creditū paterna gubernatione foueret: multis eum constat emicuisse virtutibus Quas pro imensitate gestoꝝ preterire maluit iperita psumptio. ne tāti viri merita idignis agressa suffragiis. nō tm̄ mundarent dictis: quātū vborū cōfunderent iiuriis. R. Justus vt palma. Lc.iiii.

Tamē qd mūdane vite ppiquāte iā termino eū egisse recolimꝰ: tā psentibꝰ quā futuris sc'lis aperimꝰ. vt pdicādis actibus exēpliisq3 gl'iosis: emulatione laudabili posteritas recitet. Itaq3 accidit. vt qdā ex officio regis sigismudi noie stephanꝰ qui sup omnē dn̄atione fisci principatū gerebat. defuncta

cius cõiuge:sororem vxo-
ris sue sibi illicite cõiugii
cõsortio copularet. ℟. In-
stus germinabit. Lcõ. v.

Qua de re sancti ac be
atissimi apostolici vi
ri auitus ꝛ apollinaris: q̄
scd̄m carnem germani in
christi vero opere famosis-
simi fratres. oim̄ semꝑ in
tempore operibus manci
pati diuinis: nobilitatis
eoꝝ cognita prudẽtia: do
ctrinis sacris spiritu feruẽ
te eruditi. synodalẽ insti-
tutionẽ feruẽtes cum reli
quis põtificibus simul in
vnũ cõgregati: ipsum ste-
phanũ sacra cõmunione
priuari sanxerũt. Ut calca
ta scilicet humane fragili
tatis impudicitia incestũ
quod iusticia sup̄na dam
nauit: inhonesta p̄sumptio
non audeat vẽdicare. ℟.
Iurauit dñs. Lco vi.

Tũc rex dire insanie fu-
rore permotus btĩssi
mos pontifices acerrime
insidias p̄tendendo iniu-
riari non desinebat. Sed
apostolici atq; mirabiles
viri minas terreni regis
minime formidantes. im
periis celestibus armati:
ita se iusticie vinculo ne-
xuerũt. vt queque suppli-
cia eisdem inferrẽtur: ac se
ua passionũ tormenta tol
lerarent. Uisum eñ illis
est vt in oppido ciuitatis
lugdunensiũ nũcupatur
sardinia: pariter tanquã
exilio deputati: auxiliãte
deo cõmitterẽtur. ℟. Iu-
stum deduxit. Lcõ vii.

Uidens vero rex ille cõ
stantiam illoꝝ incor
ruptibilẽ esse ab ira nõ de
sinens p̄cepit vt pontifi-
ces qui ibidẽ pariter resi-
debant: ad propria reuer-
terẽtur: ꝛ sigillatim per sin
gulos menses regẽ operi
ri deberent. ℟. Beatus vir
qui inuentus est. Lc. viii.

Sed quia beatissimus
apollinaris in condẽ
pnatione stephani p̄seue-
rans videbatur: ipsũ pri-
mum studuit obseruare.
Tũc oẽs lachrimis diui
nã potentiã obsecrantes:
ne se dereliqueret: valedi-

centes celebrata orõne p fecti sunt. ℟. Ecce vir prudés

In quo loco Lcõ. ix.

Idũ vir dei morarũ spacia necessitatis causa sustineret: ab ardente estu fluẽta rodani sic tepefacta: vt a sitientibus ex eo aqua potari nõ posset. Et quia nullus puteus neqȝ fons vnde aqua hauriri debe-ret: ibidẽ reperiebatur: bea-tissimus vir dei firmãs se spiritu sctõ de virtutibus ignota potentia securus. confert se ad locum a deo designatũ: et secretius p-cepit suis sarculũ exhibe-re. Quo exhibito: oratioẽ impleta: ait ad eos In nomie patris et filii et spũssãcti. hũc locũ aperite. Hoc facto: mox ãnuente illo q aquas feruere iubet i cor-de terre: fons exortus est. Et quãdiu btissimus pontifex ibidẽ moratus: beneficio oĩpotentis dei aquã sibi placitã semp habere promeruit. ℟. Sint lumbi. ps Te deum. ℣. Exultabũt sancti In laud. an. Fidelis

seruus et prudens. cũ aliis. Cap. Iustus cor suũ. ℣. Os iusti. An. Euge serue bone. orõ. Da quesumus omps deus. Ad terciã ad vi. et ad nonã capl'a et ℟. sicut p'limorum martirum. Orõ. Da quesumus: Ad vespas capitulũ Iustus cor suũ. ℣. Iustus ut palma An. Quiqȝ michi dñe. Orõ Da quesumus.

Sancte fidis virginis et martiris Clas.

Inuitat. Regem virginũ An. Hec est que nesciuit. Cũ aliis ps. Domine dñs noster. cũ aliis. ℣. Diffusa est gratia. Lectiones de hystoria biblie. ℟. Hec est virgo sapiẽs: ℟. Propter veritatẽ. ℟. Simile est ps Te deũ. ℣. Adiuuabit eam In laud. antic. Hec est virgo sapiens. Cap. Qui gliatur. ℣. Audiuit et letata. An. Inuenta bona margarita. orõ Deus qui inter cetera. Ad terciã ad sextã et ad nonã capl'a et ℟. de virginib⁹ Orõ Deus qui inter cetera. Sctĩ marci pape et cõfessoris Ad vesperas cap: Iust⁹ cor suũ.

℣ Justus vt palma. An. In fide et le. Oratio.

Exaudi dn̄e quesumus preces nostras et intercedente btō marco cōfessore tuo atq3 potifice supplicationes nostras placatus intende Per dominū. Inuitat. Regē confessorum An. Btūs vir Cū aliis ℣ Justus vt palma Lectiones de hystoria. ℟ Posui adiutoriū. ℟. Ueritas mea. ℟. Justus vt palma. ℣ Amauit eum In laud. an: Fidelis. Cap. Justus cor suum ℣ Os iusti. An Similabo. orō Exaudi quesumus domine. Ad terciā ad sextaz et ad nonā cap. et ℟. sicut de vno cōfessore. orō. Exaudi quesum⁹ dn̄e. Sancti demetrii mris. Clas. Ad vespas cap. Btūs vir qui in sapia. ℣. Gloria et honore. An Hic est vere martir. orō Letet ecclesia. Inuit. Regē martirū. An. In lege dn̄i cū aliis. ℣ Gloria et honore. Lcōnes de hystoria biblic: ℟. Gloria et honore. Et dno sequētia pl Te deum: ℣ Magna est gloria ei⁹ In laud. an. Qui me confessus fuerit Cap Btūs vir q in sapia. ℣ Stola iocūd. an Iste scūs orō Letet ecclia Ad terciā ad vi. et ad nonā cap. et ℟: sicut de vno martire Orō Letet ecclia

Sanctorum martirū dyonisii rustici et eleuterii. clas Cap Justi in ppetuū. ℣. Exultent iusti An Istorū est enī Orō Deus qui nos cōcedis. Inuetat. Regē martirū. An Beati paupes Cū aliis ℣ Exultent iusti. Incipit passio sanctorū martirū dionisii rustici et eleuterii Lectio prima.

Sctūs dyonisius episcopus q tradēte beato clemente petri apl'i successore. verbi diuini semia partiēda susceperat: quo āplius gētilitatis feruere cognouit errorē. illuc itrepidus calore fidei inflāmatus ad parisiū ducēte dn̄o puenit. nō veritus icredule gētis exercere ferītatē. q a virtutē suā pteritarū penarū recordatio ēro

borabat. Et q̄ meruerat esse cōfessor: nō cūctatus ē trucibꝰ aplis accedere p̄dicator. ℟. Sunt viri misericordie, ꝗ̄rū memo- die. ℣. Ci. u.

Irata ciuitas ꝛ cōuētu germanorū ꝛ nobilitate pollebat. q̄ ꝛ erat salubris aere. iocūda flumie. fecunda terris. arboribꝰ nemorosa. vineis vberrima. cōstipata pp̄lis. referta commerciis. Hūc ergo locum dn̄i famulus elegit expetendū. Ad quē cū primo fide armatus. ꝛ cōfessionis constātia roboratus. accessisset intrepidꝰ: ecclesiā illic que nec dū locis illis ꝛ pp̄lis nota erat cōstruxit. ac officia clericorū ex more cōstituit: ꝓbatasq̄ ꝑsonas honore scd̄i ordinis āpliauit. ℟. Justi in perpetuū.

Lectio tercia.

Itaq̄ cū occidui orbis partes pro christianorū inq̄sitione ꝑcurrerent sanctū dionisiū cōtra incredulos dimicantē parisiū repererūt. Cum quo etiam beatū virum rusticū archipresbiterū ꝛ eleutherū archidiaconem. quos ipse famulus dn̄i in suis ordinibus consecrarat: p̄dicationis ꝛ diuini obsequii cōministros ꝑsecutorū dirus furor iuenit. Hi sancti viri a beatissimi dionisii nū q̄ suſtinuerūt abesse p̄sentia: quos diuina dignatio eterni regni iam presciebat esse cōsortes. quosq̄ ab inuicē ignite potestatis insectatio ꝑ martirii certamina nullo sue calliditatis aut seueritatis estu separare preualuit. ℟. Vir inclitus dionisiꝰ. Require in festiuitate sancti mauricii in nona lecctione. Psalmus Te deū laudamus. ℣sus Exultabunt sancti in gloria In laudibus añ. Corpora sanctorū Capitulū Justi in perpetuū. Añ. Sācti ludibria ꝛ verbera experti insuper ꝛ vincula ꝛ carceres lapidati sūt secti sūt tēptati ī ſ̄ri occisio ē. gladū mortui sūnt pro dn̄o. Oratio Deus qui nos concedis. ꝛ cetera.

Ad terciā ad vi. et ad no-
nā capl'a et ℞. sicut pluri-
moꝝ martir. orō Deus q̄
nos concedis. Sancti
geraldi cōfessoris Ad v̄s
capm. Justus cor suū. v̄
Justus vt palma Añ In fide
orō Da quesumus Inuit
Regem confessorū. a. Beatus
vir. Cum aliis v̄ Justus vt
palma. Lcōnes de bysto-
ria biblie. ℞. Posui adiuto
rium Et duo sequētia. v̄.
Amauit eū dñs. In laud. ā.
Fidelis seruus et prudens. La
pitulu Justus cor suū. v̄.
Os iusti Añ Simulabo orō.
Da quesumus. Ad terciā
ad vi. et ad nonā capl'a et
℞. sicut de vno cōfessore.
orō Da quesumus Sā
cti calixti pape et martiris
sancti agrati et sancti ca-
stoli epoꝝ Clas. Ad vespe
ras cap Justi in ppetuū.
v̄ Exultent iusti. Añ. Btūs
calixtus dedit orationē dicens
deus qui dispersa cōgregas et
cōgregata cōseruas auge fidē
et fiduciam seruis tuis p chri
stum dñm nostrum Inuitat
Sctoꝝ martirũ romani barralli ⁊ ysicii. Clas. Ad vesperas cap. Iusti in perpetuũ. ℣. Exultent iusti. An. Istorũ est eni. Orõ. Deus qui nos concedis. Inuit. Regẽ martirũ. An. Beati pauperes cũ aliis. ℣. Exultent iusti. Incipit passio sanctoꝝ martirũ romani barrale et ysicii. Lc. pria.

Tẽporibus diocleciani et maximiani imperatoꝝ cũ esset psecutio i partibus orientis et apd antiochiã dñs diabolicã iussionẽ per famlos suos id est romanũ. ysiciũ. et barralã paruulũ. supare dignatus est: volente asclapiade prefecto ingredi et irrũpere ecclesiã dei. sctũs romanus cucurrit ad ecclesiã. et sedentibus ypodiaconis ad hostia dixit. Asclepiadem prefectũ demonioꝝ. comperi velle ingredi ecclesiã dei nostri. Stemus ergo fideliter fratres in nomie dñi: et eum per virtutẽ iesu christi confundẽtes repellamus. Cũq hec diceret quidã audientes ista nũciauerũt prefecto. Qui mittens de officialibus quosdã: exhiberi romanũ precepit. Cũq ei fuisset oblatus. dixit ad ipsum. Dic michi dãnatione dignissime quid tibi visum est. vt volente me ingredi ecclesiã. tu vt prohiberes ante pdixeres: Romanus respondit. Nõ est plane iustum: vt homo indignus et habẽs manus pollutas: ecclesiã dei veri ingrediaris. ℟. Iustoꝝ anime. ⁊ cetera. Lcõ. ii.

Asclepiades dixit. Per solem iuro et inuictissimos impatores: quia ingredior et te grauissimis tormentis affectũ necabo. vt hi pertimescant qbus me ingressurũ nũciasti. Romanus respondit. Per dñm solis iuro. q nisi iussus fuerit nõ oritur: qd nec illuc ingrediens. nec tuas pertimesco penas. ℟. In paucis vexati. L. iii.

Prefectus iussit cũ suspendi i eculeo. Et cũ

torqueret respiciens in celum facta est facies ei⁹ leta valde. Et dixit infelicissime hominū asclepiades cognosce quantā virtutē dat dn̄s seruis suis credētibus in se: vt non tantū tormenta a vobis illata non sentiāt. sed etiā supatos vos et victos cōfundant Tūc prefectus iussit eum de eculeo depositum plūbo tundi: et nouacula acutissima radi eius maxillam. ℟. Tanquā aurum. ps Te deum. In laud. an̄ Iustorū anime. Cap̄. Iusti i perpetuū. v⁹. Clamauerunt. an̄. Isti sunt sancti. Oratio Deus qui nos concedis. Ad terciā ad sextā et ad ix capl'a ℞ ℟. sicut pl'imorum martirū. Orō Deus q̄ nos cōcedis. Sanctorum martiru seuerini exuperii ℞ feliciani. ix. l'c. Ad vesperas cap̄. Iusti in perpetuū: v⁹ Exultent iusti. An̄. Istorū ēst

Infirmitatem em̄. orō nostrā quesumus dn̄e propicius respice: et mala oia que iuste meremur sāctorum martirū tuorum seuerini. exuperii. et feliciani intercessione auerte. Per dominū Inuitat. Regē marti rū. An̄. Beati paupes. cū al. v⁹ Exultent iusti. Incipit passio sanctorum martirum seueri exuperii et feliciani.

Victorias Lc. prima martirū ℞ agones feliciter consūmatos: multi scriptorum memorie tradiderūt. et antiqua certamina virorum insigniū. seculis futuris litteris mandauerūt. Sed ego descriptur⁹ martirū antiquā memoriā primū inserere volui locū natiuitatis illorum. necnō et passionis. ac deinde tempus tante antiq̄tatis. ℟. Iustorū anime.

Nobilissima igit l'. ii. galliarū viennensiū ciuitas legitur. ex qua ortus natiuitatis. seuerini. exuperii et feliciani esse p̄bibetur: fama veridice locutionis. Que a venerio exule condita vt eusebius in cronicorū libris refert quarta etate mūdi. prius-

quã romae arces a remo
⁊ romulo geminis cõdẽ
rentur. ℟. In paucis vexati.
Post modũ Lc.iii.
vero iulii cesaris tem
pore quicq ex principibus
romanoꝝ senatorie digni
tatis eam decentius con
struxerũt: et quicq castris.
totidẽq legionib⁹ insig
nitã cingentes eã muris
a flumine vsq ad flumen
totius gallie primatẽ con
stituerunt. ℟. Tanquã aurũ
Hec autẽ ciui Lc.iiii.
tas in honore centũ
deoꝝ. illoꝝ religione aulã
conditã habuit. Sed sicut
religione vana ac ritu pa
ganoꝝ insignis: sic dein
de vera diuinoq cultu cla
rissima ꝑnotatur. ℟. Iusti
in perpetuum. Leõ quinta
Siquidẽ principia euã
gelice predicationis.
ita sibi nũciata sunt: cum
paulus apostolus ab hie
rosolimis vsq illiricũ ver
bum vite pene oĩbus nũ
ciasset. atq iũctus ab hie
rosolimis romã missus ve
nisset: ibiq bienio toto in

conducto suo ꝑmanens.
℟. Reddidit deus. Lc.vi.
Post modum libertate
cõcessa vt ipse in epi
stola sua refert liberatũ se
de ore leonis. neronẽ cesa
rem designans: cũ ad hy
spanias proficisceret. viẽ
ne crescentẽ reliquit. Qui
predicatione sua cũ popu
lis verba diuini seminis
ostendisset: regressus ad
galaciã zacharias ex apo
stoloꝝ discipulis eius i lo
co ponitur. ℟. Sãcti tui do
mine. Lectio septima.
Quo ibi per martyrii
confessionẽ corona
to: subcedit martinus. in
iunctũ sibi officiũ longe
lateq predicando et do
cendo beatissimo fine cõ
pleuit. Floruit sub tempo
ribus neronis: vespasiani
et tyti. Post quẽ verus de
discipulis apostoloꝝ etiã
vnus viennensiũ ecclesiã
regit. et sub cesare traiano
coronatur martirio. Ve
ro itaq feliciter cõsũma
to: iustus nomine et ope
re preponitur vienne. ℟.

Hi sunt viri. Lcõ.viii.

Et hic temporibus antronini cognomento pii et anthonini minoris floruit. Quo tempore hyreneus lugdunẽsis episcopus adhuc p̃sbiter habebatur. Huius iusti tempore fertur persecutio grauissima christianorum in vrbe vienna fuisse: quando multi christianorꝫ martirio coronati sunt. Inter quos seuerinus exuperius et felicianus sicut nobilitatis titulo clari ita christiana religione predicantur deuoti. ℟. Beati pauperes. ⁊cetera. Lcõ nona.

Quos ita spiritussancti gratia larga infusione repleuerat. vt quelibet tormentoruꝫ genera. aut cruciatiũ modus exhibitus esset. facilius vellẽt occidi quã vinci. Eliguntur quoqꝫ hi tres ex immensa multitudine. quos fama nobilitatis sicut predixi: et religio pie confessionis innotuerat ministris dyaboli fideliter viuere: ad suppliciorũ pompam prebendam. ℟. Sancti per fidem. ps Te deum. ℣. Exultabunt sancti In laudibꝰ antiph. Iustorũ anime. Cum aliis. Capitulũ. Iusti in perpetuum. ℣sus. Clamauerunt. Antiph. Sancti per fidem. Oratio. Infirmitatem nostram. vt supra. Ad terciam ad sextam et ad nonam sicut plurimorũ martirum. Oratio. Infirmitatem nostram. Ad vesperas capitulũ: Iusti in perpetuum. ℣. Exultent iusti. Antiph. Isti sunt sancti qui pro dei amore. Oratio. Infirmitatem nostram.

Sancti columbani abbatis Ad vesperas capm Iustus cor suum. ℣: Iustus vt palma. Antiph. In fide et le. Oratio. Intercessio nos. ⁊cetera. Inuitatoriũ. Regem confessorum: Antiph. Beatus vir: Cum aliis. ℣sus. Iustus vt palma florebit. Lectiones de hystoria. ℟. Euge serue bo. ℟. Collaudabunt. ℟. Elegit. Si in die dominice

euenerit dicet R. Posui ad iutoriū. cū aliis. et in laud. añ. Fidelis. cū aliis quinq. V. Amauit eū. In laud. a. Euge serue bone. Cap. Justus cor suū. V. Os iusti añ Simulabo eū. Orō. Intercessio. Ad terciā ad sextā et ad nonā capl'a & R. sicut de vno cōfessore. Orō. Intercessio. Scte cecilie virginis & mris. ix. lc. Ad vespas cap. Qui gloriatur. V. Diffusa est grā. Ad Mag. ā. Cecilia me misit ad vos vt ostendatis michi scm̄ vrbanū quia ad ipsum habeo secreta que perferam. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos ānua beate cecilie martiris tue solemnitate letificas. da vt quā veneramur officio. etiā pie cōuersationis sequamur exemplo. Per. Ad compl. V. Jesu saluator. Inuitat. Regem virginū. An. Hec est que nesciuit. cū aliis. V. Diffusa est gratia. Incipit passio scte cecilie virginis & martiris. Lectio prima.

Cecilia vero clarissima absconditū semp euangeliū christi gestabat in pectore. et nō dieb' nō noctibus a colloquiis diuinis et orōnibus cessabat. Hec valerianū quendā iuuenē habebat sponsum. Qui iuuenis in amore virginis perurgēs animū diē constituit nuptiarū. Cecilia vero subt' carnem cilicio induta & desuper auro textis vestib' tegebatur. R. Uirgo gloriosa semp euangeliū christi gerebat in pectore. Et nō diebus neqz noctibus vacabat a colloquiis diuinis et orōne. V. Cilicio cecilia mēbra domabat deū gemitibus exorabat. Et nō diebus

Parentū eni Lcō. ii. tanta vis & sponsi circa illā erat exestuans vt nō posset amorem sui cordis ostendere. et q solum christū diligeret. iudiciis euidētibus operire Quid multa? Uenit dies & thalamus collocat' est. Et cātantibus organis: illa in corde suo soli dn̄o decan

tabat dicens. Fiat corpu s
et cor meũ imaculatũ: vt
nõ cõfundar Et biduanis
ac triduanis ieiunius o-
rans. cõmendabat domi
no quod timebat. ℟ Can
tantibus organis cecilia virgo
soli dño decantabat dicẽs. Fi-
at dñe cor meũ et corpus meũ
immaculatũ vt non cõfundar.
℣ Biduanis ac triduanis ie-
iunius orans suã dño pudici-
am cõmendabat dicens. Fiat
domine. Lcõ tercia.

Inuitabat angelos pre
cibus: lachrimis inter
pellabat aplos: et scã oĩa
xpo famulãtia exorabat:
vt suis eã deprecationib9
adiuuarẽt: suã dño pudi-
ciciã cõmendantẽ ℟ Dñe
iesu christe pastor bone suscipe
seminũ fruct9 quos in cecilia se
minasti seminator casti consilii
Cecilia famula tua dñe quasi
ouis tibi argumẽtosa deseruit
℣ Nã sponsum quẽ quasi leo
nẽ ferocẽ accepit ad te quasi a-
gnũ mansuetissimũ destinauit
Cecilia famula. Lcõ iiii.

Sed cũ hec agerẽtur: ve
nit nox in qua susce-
pit vna cũ sponso suo cu-
biculi secreta silẽtia: et ita
eũ alloquitur. O dulcissi-
me atq amãtissime iuue-
nis est misteriũ quod tibi
cõfitear: si modo tu iurat9
asseras tota te illud obser
uantia custodire ℟ Decvir
go sapiens. Lcõ quita

Iurat valerianus spon-
sus se illud nulla ora-
tio prodere rõne: nulla ne
cessitate detegere. Tunc
illa ait Angelum dñi ha-
beo amatorẽ qui nimio
zelo custodit corpus meũ
Hic si vel leuiter senserit q
tu polluto me amore con
tingas: statim cõtra te fu-
rorem suũ exagitabit: et a-
mittes florẽ tue gratissi-
me iuuẽtutis. ℟. Propter
veritatem. Lcõ sexta.

Si autẽ cognouerit q
me sincero et imacu-
lato amore diligas: et vir-
ginitatẽ meã integrã illi-
batamq custodias: ita te
quoq diliget sicut et me:
et ostendet tibi gratiã suã
℟. Simile est regnũ celorum.
cetera. Lectio septima.

Tūc valerianus nutu dei timore correptus ait. Si vis vt credā sermonibus tuis: ostēde michi ipsum angelū. et si probauero ꝙ vere angelus dei sit: faciam quod hortaris. Si autē virū alterū diligis et te et illū gladio feriam. ℞. Specie tua.

Lectio octaua

Tūc beata cecilia dixit ei: Si cōsiliis meis pmittis te acquiescere: et pmittas te purificari fonte perhenni: et credas vnū deum esse in celis viuū et verum: poteris eum videre: ℞. Offerentur regi virgines.

Dixit ei valerianus. Et quis est qui me purificet vt ego āgelum dei videā? Respondit ei cecilia. Est senior q̄ nouit purificare homiēs vt mereantur videre angelum dei. ℞. Dum aurora finem daret cecilia dixit. Eya milites christi abicite opera tenebrarum et induimini armis lucis. versus. Certamen bonum certastis cursum consummastis fidē seruastis ite ad coronas vite quas dabit vobis dominus deus vester. Eya milites. ps. Te deū. ℣. Adiuuabit eam. In laud. a. Uirgo gloriosa semp euangeliū christi gerebat in pectore suo non diebus neqꝫ noctib⁹ acolloquiis diuinis et orōne vacabat. An. Cantātib⁹ organis cecilia domino decātabat dicens fiat cor meū immaculatū vt nō confundar. An. Est secretū valeriane quod tibi volo dicere angelum dei habeo amatorē qui nimio zelo custodit corpus meū. An. Cecilia me misit ad vos. vtin primis vespis. An. Ualerianus in cubiculo ceciliā cum angelo orantē inuenit. Capitul. Qui gliatur. ℣. Audiuit et le. Ad Bened. a. Dū aurora finem daret btā cecilia dixit eya milites christi abicite opera tenebrarū et induimini armis lucis alleluya alleluya alleluya. Oratio Deus qui nos annua. Ad iii. a vi. et a ix. cap. et ℞. de vginib⁹. orō Deus q̄ nos ānua. Ad vs. a. feriales. Cap. Qui gliatur ℣. Diffusa ē grā. a. Cecilia fa-

mula tua dñe quasi ouis tibi ar
gumēto sa deseruit. Orō: De⁹
q̄ nos ānua. Ad cōpl. y⁹.
Te lucis. Scti clemētis
pap. ⁊ mris.. Et scē felic
tatu ix. lc. Inuit. Regē mar
tirū. a. In lege cū al'. v. Glo
ria ⁊ ho. cū al'. Inci. it pas
sio. s. clemētis pap. ⁊ mris
Tercius romane lc. i.
ecclie p̄fuit epūs cle
mēs. Qui disciplinā apl'i
petri secut⁹. ita moꝝ orna
mēto pollebat: vt ⁊ iudeis
⁊ gentib⁹ ⁊ oibus xpianis
pplis cōplaceret. ℞. Glia
Diligebāt ⁊ ho. lc. ii.
eū gētiles qm̄ nō ex
ecrādo: sed rōnem redden
do ex eoꝝ libris ⁊ cerimo
niis ostēdebat. vbi nati ⁊
vnde nati essent hi quos
deos putarēt ⁊ colerēt: et
q̄d egissent vl' qualiter de
fecissent euidētissimis do
cumētis īstruebat. ipsoqꝫ
gētiles posse idulgentiā
a dño cōsequi. si ab eoruꝫ
cultura recederent: edoce
bat. ℞. Dñe p̄uenisti. lc. iii.
Iudeoꝝ quoqꝫ hoc ordi
ne vtebat: q̄ patres
eoꝝ dei amicos assereret.
⁊ legē eoꝝ scrām ⁊ sacratis
simā memoraret. Primū
qꝫ locū istos apō deū ha
bere asserens. ⁊ legis sue
sacramēta seruarent: in eo
q̄ p̄missū abrahe nō ne
garet i xpo cōpletū fuisse
℞. Posuisti dñe. Lc. iiii.
Quod i semine abrahe
de⁹ hereditādas pro
miserit oēs gētes: ⁊ q̄ di
xerit ad dauid. de fructu
vētris tui ponā sup sedeꝫ
meā. ⁊ q̄ p̄ esaiā cōfirma
uit. q̄ v̄go ivtero cōcipet
⁊ pareret filiū ⁊ vocaretur
nomē ei⁹ emanuel. ℞. De
Ab chri- sideriū aie. l. v.
stianis vero ido quā
maxie diligebat: qm̄ singu
laꝝ regionū opes noiatiꝫ
hēbat scriptas. ⁊ hos quos
baptismatis scificatioē il
lumiauerat nō sinebat pu
blice mēdicitati fieri subie
ctos. ℞. Honestū Lcō. vi.
Quotidiana itaqꝫ pre
dicatione medio
cres ac diuites ammone
bat: ne paterentur bapti
satos pauperes a iudeis

ac gentilib⁹ stipē publice postulare ꝛ vitā baptisma tis cōsecratione munda- tā: donis gentilib⁹ inqui- nare. ℟. Certamen forte de- dit illi dn̄s. Lectio vii.

His ꝛ pluribus huius- cemodi floribus vir- tutū pollens: ꝛ deo ꝛ oi- bus hominibus rationabi- libus cōplacebat. Irratio nabilib⁹ eteni placere nō potest. qui deo cognoscit complacere: et ideo nō ti- muerūt iniurias hoim ir- rationabiliū hi quorū e- rat ratio. vt displicere infi delibus ꝛ incredulis nō ti merent. ℟. Iocundit atē ex ultationem. Lcō octaua.

Unde factū est: vt nec aurelianū nec sisin- niū. amicos nerue impa- toris. expauesceret beatis- simus clemens: cū et do- micillā virginē neptē do miciani principis sponsā aureliani credentē christo sacro velamine ad integri tatis pseuerantiā cōsecra ret. Lectio scti euange- lii secundū matheum.

In illo tempore. Loquē te iesu ad turbas: Ecce mater ei⁹ ꝛ fratres stabāt foris querentes loqui ei: Dixit ei quidā. Ecce ma- ter tua et fratres tui foris stant querētes te. At ipse respondēs dicēti sibi: ait Que est mater mea ꝛ qui sunt fratres mei? Et exten dens manus in discip'los suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunq͂ enī fecerit voluntatē pa- tris mei qui in celis ē ipe meus frater ꝛ soror et ma ter est Et rel. Omel'. beati gregorii pape. lcō nona

Sancti euāgelii fratres carissimi breuis est le ctio recitata: sed magnis misterioꝝ ponderib⁹ gra- uida. Jesus etenī cōditor ꝛ redeptor noster matrē se nosce dissimulat. et que mater sit. ꝛ qui propinqui non per carnis cognatiō- nē sed per spūs coniūctio nē designat dicens. Que est mater mea et qui sunt fratres mei? Quicūq͂ fece rit voluntatē patris mei

qui in celis est: ipse meus frater et soror et mater est. ℟. Oremus omnes ad dominum iesum christum dixit beatus clemens vt confessoribus suis fontis venas aperiat. Ut de beneficiis eius gratulemur. ℣. Qui percussit in deserto signa petram et fluxerunt aque in abundantiam ipse nobis laticem effluentem impartiat. Ut de bene. ps. Te deum. ℣. Magna est gloria eius. In laud. a. Non meis meritis ad vos me misit dominus vestris coronis participem me fieri. An. Oremus omnes ad dominum iesum christum vt confessoribus suis fontis venas aperiat. An. Orante sancto clemente apparuit ei agnus dei. An. Vidi supra montem agnum stantem de sub cuius pede fons viuus emanat. An. De sub cuius pede fons viuus emanat fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Cap. Beatus vir qui in sapia. ℣. Stola iocundi. a. Oremus ad dominum iesum christum vt ostendat nobis martiris sui corpus. ps. Benedictus. oro.

Deus qui nos annua beati clementis martiris tui atque pontificis solemnitate letificas. concede propicius: vt cuius natalicia colimus virtutem quoque passionis imitemur. Per dominum. Alia oro. que simul dicant per vnum Per dominum

Presta quesumus omnipotens deus: vt beate felicitatis martiris tue solemnia recensentes meritis ipsius protegamur et precibus. Per dominum. Ad terciam ad sextam et ad nonam cap. et ℟. sicut de vno martire. oro. Deus qui nos annua. Ad vesperas cap. Beatus vir qui in sap. ℣. Gloria et honore. a. Inuenerunt in modum templi marmorei habitaculum a deo paratum. oratio Deus qui nos annua. Ad compl. ℣. Te lucis. Sancti grisogoni martiris. Inuitatorium. Regem martirum. An. In lege domini. cum aliis. ℣. Gloria et honore. Lectiones de hy. ℟. Gloria et ho. ℟. Domine preuenisti. ℟. Posuisti domine. ℣. Magna est gloria eius. In laud. a. Qui me confessus. Capitul. Beatus vir qui in sa. ℣. Stola iocundi. An. Iste sanctus et cetera. Oratio.

Adesto dñe supplicati-
onib⁹ nostris: vt qui
ex iniquitate nostra reos
nos esse cognoscim⁹: bea
ti grisogoni mris tui inter
cessionibus adiuuemur:
Per do. Ad terciā ad sex-
tā et ad nonā cap̄. ꝛ R̄. si-
cut de vno martire Oratio
Adesto dñe. Scte kā-
therine v̄ginis ꝛ martiris
ix. lc. ꝛ cantores. Ad v̄s su
per psalmos añ. Virginis
eximie katherine martiris alme
festa celebrare da nobis rex pie
christe. ps̄ fer. illi⁹ diei. Cap̄
Qui gliatur. v⁹. Diffusa est
gratia. a. Uniuersi iocūdemur
melos dulce modulemur ka-
therine laureā que hac luce triū
phauit et cruore purpurauit ca
stitatē mucā. Repetat̄ a. ps
Magnificat. Oratio
Deus q̄ dedisti legem
moysi in sūmitate
mōtis synai: ꝛ i eodē loco
per sctōs āgelos tuos cor
pus btē katherine v̄ginis
ꝛ mris tue mirabiliter col
locasti. tribue quesumus:
vt eius meritis et interces
sione ad montē q̄ christus
est puenire valeam⁹. Per
eundē. Ad com. l. v⁹. Je-
su saluator Inuit. Adoret
virginū rex in seculorū secula
virginū. Qui katherine cōtulit
celestia. Ps Venite In pri
mo noct. a. Virgo scā kathe
rina grecie gēma vrbe alexan-
drina costi regis erat filia ps.
Dñe dñs noster. An Spe
cie corporis decora nimis emi
cuit sed fide pulcrior sponso su
perno placuit ps. Celi enar.
An Traditur ergo a patre do
ctoribus p̄cipuis imbuēda libe
ralibus studiis. ps. Dñi est
terra. v. Diffusa ē grā. l. i.
Maxencius imꝑator
anno regni sui trice
simo quito residēs i ciuita
te alexandrinorꝫ: feralia ꝑ
prouicias misit edicta. iu-
bens regni sui incolas. di
uites ꝛ paupes: ad tēpluꝫ
deorꝫ suorꝫ cōuenire. et so
lemne eis sacrificiū offer
re. Fit itaqꝫ cōuentus vni
uersalis ad pretoriū regis
et astante imꝑatore ante
simulachra deorum. iuxta
possibilitatē suam. diuites
quidem tauros et oues:

paupes vero volucres vi uas offerebant. R. Nobi lis et pulcra prudens katheri na puella. Flagrat amore dei sprevit vaga gaudia mūdi. V. Cui rex carne pater fuerat regi naqꝫ mater Flagrat. lc. ii.

Hac in vrbe alexandri nor erat quedā puella annorū duodeviginti speciosa valde. sed quod pluris est religiosa fide: regis quondam nomine costi filia vnica. liberalibus studiis ab annis puerilibus erudita nomine katherina. Hec itaqꝫ custos virginitatis sue i palatio patris residebat: cū ex templo ydolorum hinc sonus animalium et tibicinum. hinc multimoduz genus organorum: auribus ipsi insonuit. R. Martirū sitiēs libamina cesaris horrēs Exclamat christū p̄ter quā ni venerā dū. V. Demoniis plena sūt hec sit ydola tēpli. Excla. lc. iii.

Que causam requirēs cum ex nuncio didicisset assumptis secū aliq̄bus. ad templum vsqꝫ p perauit ibiqꝫ querulo gemitu quosdā deplorantes inspexit. qui se xp̄ianos esse fatebāt. Sed metu mortis ad profana sacrificia impellebantur hec vehementi dolore cordis sanciata: tenens paululum intra se silencium. tacite quidē sed ab alto fudit oratioē. Dehinc pectus et linguā christi muniens signaculo audacter ad conspectum imperatoris prorupit. R. Hec quinquagenos oratores supatos. Dirigit ad celos aurum velut igne probatos. V. Efficiēs testes fidei quos ꝑtulit hostes. Dirigit. In. ii. noct. an. Dū esset adhuc ī ānis v̄go puerilib⁹ carnis orbata parētib⁹ mūdi renūciauit opib⁹. Ps. Eructa. a. Marenci⁹ istat ipi⁹ cū ydolorū cultib⁹ puelle voce libera hec sūt clamat demoia et deū te xp̄e solū p̄dicat os v̄gineū. Ps. De⁹ nr̄ refu. a. Cesar electos cōvocat rectores et grāmaticos aduers⁹ illā disputatores quos vincēs v̄go fidē xp̄i docuit et martires dō dignos exhibuit. Ps. Fūdamēta. V. Spē tua.

Introgressa ergo beata
vgo sic ait tirāno. Sa
lutationē tibi imperator p
ferre nos ꝛ ordinis digni
tas et rōnis via premone
bat. si ista que cultibꝰ de-
monum exhibes. creatori
tuo impēderes et solā eiꝰ
maiestatē itelligeres ado
randā. per quē reges reg-
nant. per quē mūdi elemē
ta initiū sumpserunt atqꝫ
subsistūt. ℞. O quā felices
per te sanctissima plures Quos
iubet occidi pro christo turbi-
dus ℣. Cū duce porphirio fit
martir cesaris vxor. Quos in.

Lc. v.

Hi enim nō sunt
plures: sed vnus na
scentiū atqꝫ viuentiū for-
mator est christus: qui si-
cut cūcta creauit. ita impe
rio suo cuncta cohercet ꝛ
disponit. Cū hec puella p
sequitur imperator iādudū
visu ivirginē defixo vultꝰ
ipsius claritatez et animi
constantiā tacitus consi-
derabat. ℞. Impius hanc
cesar sisti iubet ante tribunal.
Hanc vt peruertat sicut drago
vel leo certat ℣. Illa manet
constans nil blanda nil aspera
curans. Hanc.

Lcō. vi.

De hinc in verba hu-
iusmodi prorupit.
Speciosa quidē forent o
virgo ista que asseris si ra
tionis munimēto fulcirē-
tur. Nos vero nō ignora-
mus omīs regionū sectas
ꝛ vniuersos sacroꝝ ritꝰ ra
tionabilibꝰ manasse pri-
mordiis. veste autē crude
litatis secta ita supflua et
irrationabilis est. vt nulli
sane mentis recipiēda vi-
deatur ℞. Virgo flagellat
cruciānda fame religatur carce
re clausa manet lux celica fusa
refulget. Flagrat odor dulcis
cantāt celi agmina laudes. ℣
Sponsus amat sponsam saluator
diligit illā. Flagrat. In
tercio noct. aā. Gloriosam vir-
ginē tirānus flagellari imperat
et cruciāda fame in carcere re
cludi cui escam per columbam
christus facit ministrari. ps.
Cantate. ℣. An. Illa deo
dn̄o agit gratias in tenebris lux
emicat flagrat odor vincēs bal
sama adest et consio angelica
lacero corpori celestia adhibēs

medicamina. ps. Dñs regñ. exul. An. Cū cetu virgineo sal uatoꝛ adueniens sponsus spon sam visitat pie consolatur ꝛ ro boꝛat constans esto ait filia te cum ego sum nil paueas. ps. Cantate. iiij. v. Adiuuabit eam. Lectio septima.

Quid enī taz absurdū ꝛ ab humana ratio ne tam alienū quā iesum quē iudei crucifixerūt dei filiū afferatis: quē virilis ignara consoꝛtii virgo cō cepit. conceptū clauso vte ro peperit qui a discipulo traditus crucis patibulo suspensus interierit de cru ce triduane sepulture mo- ras ptulerit. de sepulchro resumpto spiritu surrexerit que sane mētis oia vana ꝛ nulli sapienti credibilia habētur. Hec sufficit vo- bis tam stulto erroꝛi adhi bere cōsensum nisi ꝛ immoꝛ tales deos nostros solem et lunā temerariā in festi- natione condēnetis Que gens tam barbara que so li et lune diuinos nō attri buant honoꝛes. R. Hoꝛrē do subdendi rotarū machina- mento virgo deū clamat de ce- lis angelus astat. Ecce repen- tinā dans plebsqz roteqz rui- nā. v. Tanquā caldeis con- dā foꝛnat babilonis Ecce repē Adhec sūmo- L. viii.

Atenus virgo oꝛe sub- ridens tiranno ait. Totā in erroꝛe confectā vestraz disputationez ex hoc esse patet quod his de inani- bus sermo est elemētis di uinitatis nomē inaniter attribuitis. nec illis iesse sed preesse diuinitatē ostē ditis. dū eoꝝ officii natu- ralis obseruātia. nō ex p- prio arbitrio. sed ex crean tis pendet imperio. Desi- ne igit talia pdicare que nulla valent ratione com probari. R. Percussa gladio dat lac p sanguine collo Quā manus angelica sepeliuit verti ce syna. v. Mēbris virgineis olei fuit vnda salutis. Quam manus. Lectio nona

Stupens impatoꝛ i ver bis puelle ac cito clā- tulū nūcio misit litteras regio anulo signatas per

infra iacẽtes prouincias ad oṁs rectores ⁊ gram-
maticos vt ad pretorium alexandrinũ eo studiosi⁹ occurrant. quo ipator il-
los altis donãdos bono rib⁹ pmittit si hanc tantã temerariã cõcionatricẽ su
is assertionib⁹ supata red diderint. ℟. O mater nostra ter sancta quaterq₃ btã Cũ pce deuota famulantũ suscipe vo-
ta. ℣. Jam xp̄o iũcta sponsoq₃ tuo sociata. Cũ prece. ps. Te deũ ℣ Adiuuabit eã. Jn l.
ã. Passionẽ gloriose virginis katherine deuote plebs cele-
brat fidelis q̃ sui merores deo cõmendat meritis et iuuat bñ-
ficiis. An Post plurima sup-
plicia mater alma ad decollan dũ est ducta ad celũ man⁹ ocu
los tendẽs collum sub iugulo dãs gloriã deo An Expecto p
te gladiũ iesu rex bone tu meũ da paradiso spm et fac miam meã agentib⁹ memoriã Anti.
Vox de celo isonuit veni dilec-
ta mea veni intra thalamũ spõ si tui quod postulas impetra-
sti pro qbus oras salui erũt. ℣.
Qui deuotis laudib⁹ tui meõ-
riam pie recolimus o btã kat-
therina ora pro nobis q̃sumus Cap Qui gliat ℣. Audiuit
et le An. Prudẽs et vigilans virgo qualis est cũ spõso illo q̃
te elegit de mundo quã pulcra es quã mirabilis quãta luce spe
ctabilis inter syon iuuẽculas ⁊ hierlm filias thalamo gaudẽs regio coniũcta dei filio Repe
tat an. ps Bened oratio
Deus q̃ dedisti legẽ moy
si. Ad terciã ad vi. ⁊ ad ix. cap. ⁊ ℟. de vginib⁹ Orõ
Deus q̃ dedisti legẽ moy
si. Ad vs ãe de laud. ri fe
nal. illius diei Allã. vsus
Percussa gladio dat lac beata katherina pro sanguine collo
quã manus angelica sepelinit vertice syna an Aue gẽma cla
ritatis ad instar carbũculi aue rosa paradisi more flagrãs bal
sami katherina virgo felix glo-
riosa meritis assistẽtes tuis fe-
stis celi iugẽ gaudiis. Repe-
tat ã. ps Mag orõ Deus
qui dedisti legẽ moysi. vt supra. Ad compl. ym⁹ Te
lucis Sancti petri epi ⁊ mris Et sancti lini pape ⁊ mris Clas. Jnuit. Regem

martirū. Añ. Beati pauperes cū aliis. ℣. Exultent iusti.

Incipit passio scti petri episcopi alexādrie ecclesie.

Ad corroborāda corda credentiū: et mētes fideliū confirmādas op̄s deus dignū pastorē beatū petrū ep̄m in plebē suā sanctā ordinauit. Qui etiā multos ab ydoloꝝ cultura per doctrinā suā segregās. intra ouile sctē ecclesie cōgregauit. ℟. Iustorū anime. Lc.i.

Unde factū est vt dioclecianus tyrannus cōperta opinione eius: qđ multi per ipsum a simulachris demonū cōuerterentur. et baptisarētur in christi nomie: in furore versus statim destinauit quendā tribunū ad ciuitatē alexādrie vt cōphenderet eū ℟. In paucis vexati Lc.ii.

Qui etiam accepta huiuscemodi auctoritatis sententia: cū omni velocitate ad supradictā vrbē cū suis militibus puenit. Moxq; ingressus ciuitatē reperit eū cū multitudine populoꝝ sctōꝝ videlz apostoloꝝ cōmemoratiōnē celebrantē. Et cōprehēsum eū: in vinculis alligatū in custodiā carceris cōdemnauit ℟. Tanquā aurū ps Te deū. ℣. Exultabunt. In laud. ā. Iustorū anime. Cap iusti in perpetuū. ℣ Clamauerūt iusti. Bñ Isti sūt sancti. Orō. Deus q̄ nos cōcedis. Ad horas capl'a et ℟. sicut plimoꝝ mꝝ. Orō. Deus qui nos concedis.

Sancti maximi epi et confes. ix. lc. Ad vs capl'm Iustus cor suū. ℣. Iustus vt pal. Añ In fide et le. Orō Deus qui anime famuli tui. Inuit Regē confessorū. adoremus. Qui celestis regni meritū et gloriā cōtulit sctō suo maximo. ā. Btūs vir. Cū al. ℣ Iustus vt pal. Incipit vita. s. maximi regensis epi. l.i.

Beati maximi regēsis vrbis antistitis hodie sctē solēnitatis dies excolit q̄ qđ ānis rediuiuis tempoꝝ cursibus innouatur. cuius nos gesta

pandere deuotio fidelis amonet. et mos priscus cōstringit: q̄a nisi euidēs et cōperta relatio tenacibus litteris custodita seruetur. variatur actio vet⁹ per nouos sepius relatores. ℞. Posui adiutorium.

Nam vt de ei⁹ Lc.ii. mistice actionis insignijs nichil sit dubiū nichilq3 quod faciat vulgaris assertio fabulosuz. que ab ipso facta sunt et pbata. veridico sunt sermone narranda. Unde tamē ne audiētibus faceret prolixitas inepta fastidiū: studuimus silere plurima pauca discere. ℞. Ueritas mea.

Hic igitur Lcō tercia inuito proprio cuiv ocabulū est de comeco vite sumpsit exordium. christianis parentib⁹ editus: factus ilico christianus. Qui ab ipsis infantie rudimentis erecta semp bumilitate crescebat: ita teneros etatis ānos morum maturitate castigans. vt proprietatē sui nomīs im

pleret gratia sctitatis. ℞. Justus vt palma. Lcō.iiii.

Postquā vero adolescētie ritu. corporeo cepērit robore pubescere. ita blandimenta luxurie animo incidēte castrabat: vt pollicite v̄ginitatis palmā pro icorrupte v̄gitatis itegritate pciperet. ⁊ i regnis celestibus triūpbaret. ℞. Justus germinabit Lc.v.

Fuit itaq3 bonoz oīm ornamentis p̄ditus: et dignis suffragiis prefe rendus. Preciosus vultu blandus aspectu. ore placidus. corde serenus. patientia fortis. magnanimitate laudabilis. amic⁹ pacis. iurgiis inimicus. puluereū fastidiens censum: amore celorū. ℞. Jurauit.

De temporali Lc.vi. bus eterna comparans contēnens temporalia pro eternis. Qui vt interius diuine legis p̄cepta agnosceret. ita naturali capax acumine litterarū studiis est eruditus: vt pastum anime legendi aui

ditate colligeret. et more apū eterne dulcedinis nectar hauriret. ℟. Justū de- duxit dñs. Lcō septima

Sed quālibet cūcta a se viciorꝫ carnaliū incrementa succidens. omī in parte digna meritorꝫ conuersatione fulgeret. virtutem tamē sui corporis abstinētie assiduitate frāgebat in se. et nature dedicta. antequā nascerētur vlciscens. Cuius tantū percussor dinoscitur defuisse martirio. ℟. Beatus vir: L. viii

Nam ipse procul dubio martirē se cruciatu fecit ꝛ merito Cūctam quietiā facultatum suarū copiā : ꝛ relinquēs. insulā sancti monasterii lirinēsis expetiit. vbi eternas iustus diuitias inueniret. Euāgelica in omnibus miles christi precepta secutus. quod nisi cunctis opibus redderetur extraneus. nō posset esse ꝑfectus. ℟. Ecce vir prudens Lcō nona

Nec aliter regni celestis premia cōpararet: nisi vniuersa cōteneret. In qua cōgregatione dum cūctos caritate perfecta diligeret. diligebatur a cūctis. quatinꝰ raptim noui amoris studio. antequā esset regulā cōsecutus. ita mistica apparuerit cōuersatione precipuus. vt sancto honorato ꝓdecessori suo summus virtutibus ꝓferendo. qui in eodē loco abbatis digne nomen gesserat ꝛ honore succederet: ꝛ meritis coequaret. ℟. Sint lumbi. ꝑs Te deum. ℣. Amauit eū In laud. an. Fidelis seruus Cap. Justus cor suū. ℣ꝰ. Os iusti. An Euge serue bone Orō Deus qui anime famuli tui. Ad terciā ad. vi. et ad. ix. cap. ꝛ ℟. sicut de vno confessore. Orō Deꝰ qui anime famuli tui Ad vesꝑas capitulū. Justus cor suū. ℣ꝰ Justus vt palma An. Quinqꝫ michi dñe. Orō Deus qui aīe fa. Ad complē. ℣ꝰ. Te lucis Sancti silee apl̄i. Et scti philippi epī vienne. Clas. Inuit.

Regē apostolorū. An. In om-
nē terrā cū aliis. v. In om-
nē terrā. Lcōes de hystor.
R. Ecce ego mitto vos: Et
duo sequen. ps Te deum
v. Nimis ho. In laud. a.
Hoc est preceptū meū. Ca. pm
Iam nō estis hos. v. Annū
ciauerūt. An Vos q reliqstis
orō Quesum ops deus.
Ad terciā ad vi. et ad no-
nā cap. et R. de aplis. orō
Quesumus Vigilia scti
andree et sanctorū martirū
saturnini atqz saturnini.
Ad vs cap. Iusti i ppetuū
v. Exultēt iusti. An. Istorū est
enī regnū celorū. Oratio.

Deus qui nos btōr
martirū tuorū satur
nini atqz saturnini conce-
dis natalicíis pfrui: eorū
nos tribue meritis adiu-
uari. Per do. Inuit. Regē
martirū. An. Beati pauperes
cū al. v. Exultēt iusti. Lectio
scti euāgelii scdm iohēm.

In illo tēpore. Stabat
iohēs et ex discipl'is e-
ius duo. Et respiciēs iesū
ambulantē dixit. Ecce a-
gnus dei. Et audierūt eum
duo discipuli loquentem:
et secuti sunt iesum. Et re-
liqua. Lectio prima.

Tanta ac talis est scrip
ture diuine sublimi-
tas: vt nō solū verba que
a sctis vel ab ipso domino
dicta referūtur. sed etiā cir
cunstantia rerū que sim-
pliciter posita videt spiri-
talibus sit plena misteriis.
Ecce enī narrante euāge-
lio fratres carissimi audi-
uimus: quia stabat iohā-
nes et ex discipulis eius duo
Et respiciēs iesum ambu-
lantē dixit ei. Ecce agnus
dei. R. Iustorū anime. Ij. ii.

Statimqz cognouimus
simo iam notū ad me-
moriā reuocamus quare ie
sum pcursor suus agnum
dei vocauerit: qa videlicz
eū pre ceteris mortalibus
singl'ariter inocentē. Hoc
ē ab oi pctō mundū no-
uit qa nos suo sanguie re
dēpturū qa dona sui vel-
leris spōte largiturum ex
quo vestē nobis nuptia-
lē facere possumus. id ē exē
pla viuēdi nobis relictum

puidit. quib⁹ in dilectioē calefieri debem⁹. Hoc ergo testimoniū pcursoris dñi. q̄a facile patet fidelib⁹ citū amoris itimi fonū tē audientiū cordib⁹ isfundit. ℟ In paucis lc.iii.

Sed nō est putandum q̄a sine certi rōne misterii hoc relatur⁹ euāgelista: pmiserit stetisse iobānem cū discipl'is iesumvero ābulasse. Et illo vtiq3 vbi sequentib⁹ se discipulis iobis. mansionē i qua babitabat ostēderet. Cetereq3 huiusmodi que sententia lectionis euāgelice cōmemorat. si enucla ci⁹ discutiant. iueniemus celestib⁹ redūdare misteriis. ℟ Tanquā aurū. ℣⁹ Exultabunt sancti. In l'.ā Iustorū anime Cap Iusti i ppetuū. ℣ Clamauerūt iusti. a. Isti sūt sancti orō Deꝰ q̄ nos btōrꝫ. Ad iii. ad vi. ꝛ ad ix. cap. ꝛ ℟. sicut pl'imorꝫ mrꝫ. orō Deꝰ q̄ nos btōrꝫ Scti ādree apl'i. ix. lc. Ad v᷑. cap. Iā3 nō estis hos. ℣ In oēm terrā An Cū puenisset btūs ādreas ad locū vbi crux parata erat exclamauit ꝛ dixit. o bona crux diu desiderata et iā concupiscēti animo pparata secur⁹ ꝛ gaudens venio ad te suscipias me discipulū ei⁹ qui pepēdit in te. Repetat ā p̄s. Mag. orō. Quesum⁹ oṗs de⁹ vt beatus ādreas Ad cōpl. ṗs. Iesu saluator Inuit. Regē apostolorū. In p'rio noct. ā. Uidit dñs petrum et andream et vocauit eos. ps Celi enarrant gloriam dei. ꝛ cetera An Uenite post me dixit dñs faciā vos fieri piscatores hominū. ps Benedicā. an. Relictis rhetib⁹ suis secuti sūt dominū redemptorē. ps Eructauit cor meum verbum bonū. ℣. In oēm terrā. Incipit passio. s. andree a. l'i. lc. pria.

Passionē scti andree apostoli quā oculis nostris vidimus omnes presbiteri et diacones ecclesiarum achaie: scripsimus vniuersis ecclesiis que sunt in oriente et occidente et meridiano ꝛ septentrione in christi nomine constitutis.

℟. Dum perambularet dñs secus litus galilee vidit petrũ et andreã rethia mittẽtes in mari et vocauit eos dicens. Venite post me faciã vos fieri piscatores hominũ. ℣. Erant enim piscatores et ait illis. Venite.

Pax vobis et vniuersis qui credũt in vnũ deum et in trinitatem perfectã. verũ patrem ingenitũ verum filiũ vnigenitũ. verum sanctũ spiritũ procedentẽ ex patre et filio. et hoc esse vnigenitũ filiũ. quod est et ille q genuit. ℟. Venite post me faciã vos fieri piscatores hominũ. At illi relictis rhetibus et naui secuti sunt dñm. ℣. Dum perambularet dñs secus littus galilee vidit duos fratres petrũ et andreã et vocauit eos. At.

Hanc fidem. didicimus a sctõ andrea aplo dñi nostri iesu christi: cui passionẽ quam corã positi vidimus. prout possumus explicamus Procõsul itaque egeas. patras ciuitatẽ ingressus. cepit compellere credentes christo ad sacrificia idolorum. ℟. Mox vt vocẽ dñi predicantis audiuit btũs ãdreas Relictis retibus quorũ vsu actuque viuebat eterne vite secutus est premia largientẽ. ℣. Iste Nichil adhuc de premio eterne retributionis audierat et tamẽ ad vnũ dñi preceptũ Relictis.

In scđo noct. añ. Vnus ex duobus qui secuti sunt dñm erat ãdreas frater simonis petri allã. Ps. Omẽs gentes. Añ. Ego si patibulum crucis gloriã non predicarem. Ps. Exaudi deus depre. Añ. Christus me misit ad istam prouinciam vbi nõ paruũ populũ domino acquisiui. Ps. Exaudi deus orõnem meã cũ deprecor. ℣. Constitues eos.

Qui occurrens sctũs andreas dixit. Oportebat vt tu qui iudex esse hoim cõprobaris iudicem tuũ qui est in celo cognosceres. et colere et colendo eũ qui verus deus est ab his q veri dii non sunt animũ reuocares. ℟. Homo dei ducebatur vt crucifigerent eũ. pplũs autẽ

clamabat voce magna dicens. Innocēs eius sanguis sine causa dānatur. V. Cūq3 carnifices ducerent eū vt crucifigeret' factus est cōcursus populorū clamantiū et dicentiū Innocens.

Qui egeas dixit l.v.

Tu es andreas q̄ destruis templa deorū ꝛ suades hominibus ad supsticiosam sectā quā nup delatā romani principes exterminari iusserūt. R. Doctor bonus et amicus dei andreas ducitur ad crucē aspiciēs a longe vidit crucē Salue crux suscipe discipulū eius q̄ pependit in te magister meus xp̄s V. Cum peruenisset ad locū vbi crux parata erat vidēs eā a lōge exclamauit voce magna dicens Salue crux suscipe. Lc.vi.

Andreas dixit. Romani principes nondū cognouerūt veritatē ꝛ q̄d hoc pro salute hoīm veniens dei fili9 docuerit ista ydola nō solū deos nō esse. sed esse demonia pessima huāno generi inimica. que hoc doceant homines vn̄ offendat' de9. R.

Cū peruenisset btūs ādreas ad locū vbi crux parata erat exclamauit et dixit o bona crux diu desiderata et iā cōcupiscēti animo p̄parata Securus ꝛ gaudēs venio ad te ita vt ꝛ tu exultans suscipias me discipulū eius qui pepēdit in te V9 Amator tuus semp fui ꝛ desideraui amplecti te Securus In tercio noct. an. Uidēs andreas crucē cum gaudio dicebat q̄a amator tu9 semp fui ꝛ desideraui amplecti te o bona crux. Ps Confitebimur An Salue crux p̄ciosa que in corpore christi dedicata es ꝛ ex mēbris ei9 tanquā margaritas ornata. Ps Dn̄s regnauit exultet. An Accipe me ab hominib9 ꝛ redde me magistro meo vt per te me recipiat qui per te me redemit allā. Ps Dn̄s regn̄. irascant'. V9. Nimis honorati sunt. lc.vii.

Et dū offensus fuerit: auertat' ꝛ nō exaudiat Et cū aduersus fuerit ꝛ nō exaudierit: habeantur diabolo ipsi captiui. Et tā diu eos deludat. quādiu de corpore erant rei ꝛ nudi: nichil secū p̄ter peccata

portantes. ℟ O bona crux que decorem et pulcritudinē de mēbris dñi suscepisti accipe me ab hominib⁹ et redde me magistro meo Ut per te me recipiat qui per te me redemit. ℣ Securus et gaudēs venio ad te ita vt et te exultans suscipias me Ut per te. Lcō viii.

Egeas dixit. Ista supsticiosa et vana sunt verba. Nā iesus vester dū hec p̄dicaret: iudei illum crucis patibulo affixerūt. Andreas respondit O si velles scire misteriū crucis quā rōnabili caritate auctor hūani generis ꝓpter restaurationē nostrā hoc crucis patibulū nō inuit⁹ sꝫ spōte suscepit. ℟. Salue crux que in corpore christi dedicata es et ex mēbris eius tāquā margaritis ornata Suscipe me discipulū eius qui pependit in te. ℣ O bona crux diu desiderata et iam cōcupiscenti animo p̄parata Suscipe Lc. nona

Egeas dixit Cū traditus asseritur a suo discipulo et a iudeis tentus et ad presidē adductus et ad petitionē eorꝫ a militibus p̄sidis crucifix⁹ quomodo tu dicis eū spontaneū crucis sumpsisse patibulū: Andreas respondit Ideo ego dico spōtaneū: qm̄ simul cū ipso fui cū a suo discipulo traderetur. ℟ Btūs andreas de cruce clamabat dicens dñe iesu christe magister bone Non iubeas me de ista cruce deponi nisi prius accipias spiritū meū. ℣ Jam enī regē meū video iam adoro tam in conspectu eius consisto. Non iubeas. ps Te deū. ℣ Nimis ho. In laud. a Salue crux p̄ciosa suscipe discipulū eius qui pependit in te magister meus christus An Beatus andreas orabat dicēs dñe rex eterne glorie suscipe me pēdentem in patibulo. An. Andreas christi famulus dignus deo apostolus germanus petri et in passione socius. An. Biduo viuens pēdebat in cruce pro christi nomine btūs andreas et docebat populū. An Maximilla christo amabilis tulit corpus apostoli optimo loco cum aromatibus sepeliuit

Capitulū. Jam non estis
hospites. vꝰ. Annūciauerūt
Añ Concede nobis hominem
iustum redde nobis hominem
sanctū ne interficias hominem
deo carum iustum mansuetū et
pium. Repetatur ā. ps. Be
nedictus. Oratio.

Maiestatem tuam do
mine suppliciter ex-
oramus vt sicut ecclie tue
btūs andreas apostolus
extitit predicator ꝛ rector:
ita apud te sit pro nobis
ꝑpetuus intercessor: Per
dñm. Ad terciā ad sextaz
et ad nonaz cap. ꝛ R. de
aplis. orō. Maiestatem
tuam: Ad vesperas añ: Iu-
rauit dñs. cū aliis vt in fe
stiuitate sctī iohānis euā
geliste. Allā vꝰ. Venite ad
me. Ad Mag. ā. Viduo vi-
uens Repetatur. vt i lau-
dibus. Oratio.

Adiuuet ecclesiam tuā
tibi domine suppli-
cando beatus andreas a
postolus et primus inter
uentor efficiatur: qui tui
nominis extitit predica-
tor Per dñm. Si festiui-
tas sancti andree vel alia
festiuitas sanctorum .ix. lecti
onu in aduētu dñi die do
minico euenerit debet fieri i
die sequenti Sancti ni-
cholai episcopi et confes.
ix. lecti Cantores Ad vs
sup psalmos añ. Copiose ca
ritatis nicholae pontifex q cuz
deo gloriaris in celi palatio cō
descende supplicamus ad te su
spirantib⁹ vt exutos graui car
ne pertrahas ad superos. ps.
feriales illius diei. Cap:
Justus cor suū. vꝰ. Justus
vt palma Ad Mag. ā. O pa
stor eterne o clemēs et bone cu
stos qui dum deuoti gregis p̄-
ces attenderes voce lapsa de ce
lo presuli sanctissimo dignum
episcopatu nicholaū ostendisti
tuū famulū. Repetatur añ.
Oratio.

Deus qui beatum ni-
cholaum pontificez
et meritis insignem et mi
raculis facis esse solemnē
concede propicius: vt ei⁹
apud te meritis adiuue-
mur et precibus: cui⁹ vo-
tiua solemnia veneramur
et colimus. Per dominū

Ad compl. y' Jesu salua-
tor Inuitat. Adoremus re-
gem seculorū in quo viuit nicho
laus honor sacerdotū. ps̄ Ve
nite. In primo noct. añ.
Nobilissimis siquidē natalib⁹
ortus velut lucifer nicholaus
emicuit. ps̄ Btūs vir. Añ.
Postquā domi puerilē decu-
rit etatē cūctis mūdi hui⁹ spre
tis oblectationib⁹ christi se iu
go subiiciens documētis sācti s
suū prebuit auditū ps̄ Qua-
re fre. Añ Pondere bono re-
pletus dei famulus sumptib⁹
datis stupri nephas prohibuit
ps̄ Dñe quid mul. v̄. Iust⁹
vt palma. Incipit vita sci
nicholai epi Lcō pria:

Nicholaus itaq; ex illu
stri prosapia ortus ci
uis fuit patere vrbis: que
vna ex nobilissimis licie
prouincie ciuitatib⁹ tanto
quondā famosissima ruti
labat. quāto populoso fre
quētabatur accessu Mo-
do peccatis exigentibus:
paruissimi adinstar redac
ta oppidi: raro icolitur ha
bitatore. R. Confessor dei ni
cholaus nobilis progenie sȝ no
bilior moribus Ab ipso pueri-
li euo secutus dñm meruit di-
uina reuelatione ad summū p-
uehi sacerdotiū. v̄. Erat eñ val
de cōpatiens ⁊ super afflictos
pia gestans viscera. Ab ipso.

Ea vero vrbe Lc. ii.
adhuc multa plebiū
generositate referta. parē-
tes ei⁹ inter cateruas po-
tentū quāta honorificen-
tia celebrātur: tanto super
ne patrie accensi desiderio
magis celestis quā terre-
ne dignitatis gloriā appe
tebant. R. Dum vero adhuc
penderet ab vbera matris. O
noua res quarta feria et sexta.
semel i die papillas sugebat.
v̄. Iam quodāmodo sacri ieiu
nii se futurū presignans amato
rē nicholaū. O noua res. L. iii.

Et miro in modo: cum
in primeuo iuuētutis
flore hūc solū genuissent
filiū. cunctis se voluptati
bus abdicarūt. et inter su
as preces quas frequēter
in dñi templo fundebant
hunc solū superstitē. Hūc
tantū diuitiarū quantū ⁊
marū flagitabāt heredē.

℟. Operibus sanctis nicholaus hūiliter insistens. Reuelatione diuina prouectus est ad sūmum sacerdocii gradū. ℣. Uoce quippe de celo lapsa cuidam insinuatur presuli dignum epatu nicholaum. Reuelatioē. In sc'do noct. an. Aurum virginum incestus auro patris earum inopiā auro prorsus vtrorumqꝫ detestabilē infamiā dei seruus ademit nicholaus. ps. Cum inuocarē. an. Innocēter puerilia iura trāscēdēs euāgelice institutionis discipulus effectus est. ps. Uerba mea. an. Gloriā mundi spreuit cum suis oblectationibus ꝛ ideo meruit prouehi ad summū sacerdocii gradū. ps. Dn̄e dn̄s nr̄. ℣. Amauit eū dn̄s. Lc̄o iiii.

Quorum vota deus ex alto prospectās aut peticioni eorū defuit. Eū vero cū matris adhuc lacte aleretur cepit bino i ebdomada die quarta scilicꝫ ꝛ sexta feria semel bibere māmas. Et hac vice contēptus tota die sic permanebat. ℟. Seruus dei nicholaus auri pondo trium virginūꝫ redemit pudorē. Earūqꝫ patris In pudicam remēso auro fugauit inopiā. ℣. Affluens itaqꝫ misericordie visceribus metallo duplicato propulsante earūꝫ infamiam. Earūqꝫ patris. Lc̄o v.

Puerilibus igitur ānis transactis. cepit bōe indolis adolescēs esse: et non sicut illa etas solet lasciuiā complexus est mūdi. sed nunc parentum comitatus vestigiis: nūc solus ecclesiarum terebat limina: ꝛ quod ibi descripturis patulo aduertebat auditu. non in memori armariolo condebat pectoris. ℟. Qui cum audissent sancti nicholai nomē statim expandunt. manus vtrasqꝫ ad celum: Saluatoris Laudantes clemēciam ℣. Clara quippe voce coram hominibus dignum referebat illum dei famulum. Saluatoris Laudātes Lc̄o sexta

Ubi autem vtroqꝫ parente orbatus est: sepius illud euangelicū ante sue mentis ducebat oculos. Nisi quis renunciauerit omnib' que possidet

nō potest meus esse disci-
pulus. Hec secū cogitans
quatin⁹ de tantis sibi reli
ctis opibus sic ordinaret
et muta laude humana. cō-
spectui placeret diuino.
℟. Magne pater nicholae sū
mo patri proxime o admirāda
qua precellit apud eū grā a cō-
missis nos emūdans ne cada-
mus sustine. ℣. Jam per terras
et per mare fama celeberrima
refouendo tribulatos releuan
do naufragos. O admiranda.
In tercio noct. añ. Pōtifi
ces almi diuina reuelatione le-
tificati nicholaū presulē deuo-
tissime consecrauerūt. ps. Dñe
quis ha. Añ. Scrūs quidez
triticū quod a nautis postula-
uerat acceptū et sagacitate di-
stribuere et augere p̄cibus im-
petrauit. ps. Dñe in virtute
Añ. Muneribꝰ datis neci sūt
iuuenes innocentes addicti q-
bus dñi seruus fuit vite presi-
diū. ps. Dñi est terra. ℣sus.
Justū deduxit. Lcō vii.

Talia eo cogitāte: acci-
dit vt quidā cōuica-
neus eiꝰ. nimiū locuplex
ad tantam deueniret ino-
piam: vt nec etiā necessa-
ria vite haberet. Quid plu
ra? Ingruēte media: tres
virgines quas habebat
filias. quarū nuptias etiā
innobiles spernebāt viri
fornicari constituit: vt ea-
rū saltem infami cōmer-
cio infelicem ageret vitaz
Quod vbi scūs comperit
cō doluit miserrimo homi
ni: atq; virginū execrans
stuprū decreuit omino ex
suis abundātiis eoꝝ sup-
plere inopiam: ne puelle
nobilibus orte natalibus
lupanari macularētur in-
famia. ℟. Sūme pontifex cō
fessor dei nicholae venerantes
protege. Namq; credimus tuis
precibus nos posse saluari. ℣.
Qui tres pueros morti addi-
tos illesos abire fecisti tuis lau
dibus instantē cōserua plebez
Namq; credimus. Lc. viii.

Sed cū nollet aliū in
suis factis nisi christū
habere contemplatorē. ce
pit explorare temporū vi-
ces: quo id sic operaretur
etiā vt eos lateret quibꝰ
fiebat. Nacta ergo cuius-

Deus qui anime famuli tui N. eterne beatitudinis premia contulisti. concede propicius: vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur: eius apud te precibus subleuemur. Per. Inuitatorium. Regem confessorum dominum. venite adoremus. ps Uenite. Aliud inuitatorium quando fuit .ix. lectiones. Justus florebit in domo domini plantatus gaudeamus et exultemus in eius sacra solennitate. ps Uenite. In primo nocturno. antiphona. Beatus vir qui in lege domini meditabitur voluntas eius permanet die ac nocte et omnia quecunque faciet prosperabuntur. ps Beatus vir. Antiphona. Beatus iste sanctus qui confisus est in domino predicauit preceptum domini constitutus est in monte sancto eius ps. Quare fre. Antiphona. Tu es gloria mea tu es susceptor meus domine tu exaltans caput meum et exaudisti me de monte sancto tuo ps Domine quid multi. versus. Justus vt palma florebit. Responsorium. Sicut cedrus libani multiplicabitur. Secundum lucam.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et reliqua. Omelia beati gregorii pape Lectio i.

Sancti euangelii fratres carissimi aperta vobis est lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa eius planicies alta fortasse videatur eam sub breuitate transcurrimus: quatinus eius expositio ita nescientibus fiat cognita vt tamen scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit: feminis in vmbilico: testatur dominus. qui de dyabolo ad beatum iob loquitur dicens Uirtus eius in lumbis eius et fortitudo illius in vmbilico ventris eius. Responsorium. Posui adiutorium super potentem et exaltaui electum de plebe mea. Manus enim mea auxiliabitur ei. versus. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum. Manus

A principali igitur lexu lumborum nomine luxuria designatur: cum dns dicat. sint lumbi vestri precincti. Lumbos enim precingimus cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Sed quia minus est mala non agere nisi etiam quisque studeat et bonis opibus insudare. protinus additur. Et lucerne ardentes in manibus vestris. R. Veritas mea et misericordia mea cum ipso. Et in nomine meo exaltabitur cornu eius. V. Manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. Et in nomine.

Lectio tercia.

Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto opibus dns dixit. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. R. Justus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. Plantatus in domo dni in atriis domus dei nostri florebit. V. Gloria et divitie in domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi. Plantatus.

In ii nocturno. an. Invocantem exaudivit dns sanctum suum dns exaudivit eum et constituit eum in pace. Ps. Cum invocarem. An. Letentur omnes qui sperant in te dne quoniam tu benedixisti iusto scuto bone voluntatis tue coronasti eum. Ps. Verba mea. An. Dne dns noster quam admirabile est nomen tuum in vniversa terra quia gloria et honore coronasti sanctum tuum et constituisti eum super opera manuum tuarum. Ps. Dne dns noster. V. Amavit eum dns et ornavit eum. R. Stolam glorie induit eum

Lectio iiii.

Quo autem sunt que iubentur: et lumbos restringere: et lucernas tenere: vt et mundicia sit castitatis in corpore. et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro. vnum sine altero nequaquam placere potest si aut is qui bona agit adhuc luxurie inquinamenta non deserit. aut is qui castitatem preminet. nec dum se per bona opera exercet.

℟. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in eternū ante dn̄m. ℣. Plātat⁹ in domo dn̄i in atriis domus dei nostri. Et florebit.

Lectio quinta.

Nec castitas ergo magna est sine opere. nec opus bonū est aliquid sine castitate. Sed si vtrūqȝ agatur: restat vt quisquis ille est. spe ad supernaȝ patriam tendat: ⁊ nequaquā se a vicüs pro mūdi huius honestate cōtineat. Qui ⁊ si quedam bona aliquando pro honestate incohoat in eius tamen intentione non debet permanere. ℟. Jurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eū tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. Tu es sacerdos.

Lectio sexta.

Nec per bona opera p̄sentis mundi gloriā querere: sed totam speȝ in redēptoris sui aduentum cōstituat. Unde ⁊ protin⁹ subditur. Et vos similes hominibus expectantib⁹ dn̄m suū: quando reuertatur a nuptiis. ℟. Justum deduxit dn̄s per vias rectas ⁊ ostēdit illi regnū dei ⁊ dedit illi sciētiā sanctorū. Honestauit illū in laborib⁹ suis. ℣. Magnificauit illū in cōspectu regū et dedit illi coronam glorie. Honestauit.

In tercio nocturno an̄. Domine iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo operatus est iusticiā requiescet in monte sancto tuo. Ps. Domine quis habitabit. An̄. Uitam petiit a te et tribuisti ei domine gloriam et magnū decorem imposuisti super eum posuisti in capite eius coronaȝ de lapide precioso. Psalm⁹. Domine in virtute. Antiph. Hic accipiet benedictionē a domino et misericordiam a deo salutari suo quia hec est generatio querentiū dominū. psalm⁹ Domini est terra et plenitudo eius. ℣sus. Justum deduxit dominus per vias rectas ℟. Et ostendit illi regnū dei.

Lectio septima

Ad nuptias q̄ppe dn̄s abiit: quia resurgens a mortuis: et ascendens in celum: supernam sibi

angeloꝝ multitudinē no
uꝰ domo copulauit. Qui
tūc reuertitur cū nobis iā
per iudiciū manifestatur.
Bene autē de seruis expe
ctantibꝰ subditur: vt cum
venerit ꝛ pulsauerit: confe
stim aperiant ei. ℟. Btūs
vir qui inuētus est sine macula
qui post aurū nō abiit nec spe
rauit in thesauro pecunie. Jdo
stabilita sūt bona illiꝰ in dño.
℣. Potuit eñ transgredi ꝛ nō
est trāsgressus facere mala ꝛ nō
fecit. Jdeo stabilita. Lcō viii.

Uenit quippe dñs cuȝ
ad iudiciū properat.
Pulsat vero cum iam pe
regritudinis molestias es
se mortem vicinam desig
nat. Cui confestim aperi
mus: si hunc cū amore su
scipimus. Aperire eñ iu
dici pulsanti non vult qui
exire de corpore trepidat.
ꝛ videre eū quē cōtempsis
se se meminit iudicem for
midat. ℟. Ecce vir prudens
qui edificauit domum suam su
pra petrā in cuius ore nō est in
uentus dolus. Quia deus ele
git eum in sacerdotem sibi. ℣.
Ecce vere israelita in quo dolꝰ
non est. Quia deus. Lcō ix.

Qui autem de sua spe
ꝛ operatione securꝰ
est: pulsanti cōfestim ape
rit. quia letus iudicē susti
net. Et cum tempus pro
pinque mortis agnouerit
de gloria retributionis hi
larescit. Unde ꝛ protinus
subditur. Beati sunt serui
illi quos cum venerit dñs
inuenerit vigilantes. ℟.
Sint lumbi vestri precincti et
lucerne ardentes in manibus ve
stris. Et vos similes hoibus ex
spectantibus dñm suū quādo
reuertatur a nuptiis. ℣. Uigi
late ergo quia nescitis qua ho
ra dñs vester venturus sit. Et
vos. Ista ℟. sequentia di
cuntur pro Abbatibꝰ. ℟.
Euge serue bone ꝛ fidelis quia
super pauca fuisti fidelis supra
multa te constituam. Jntra in
gaudium dñi tui. ℣. Dñe quin
qȝ talenta tradidisti michi ecce
alia quinqȝ superlucratus suȝ.
Jntra. ℟. Collaudabunt multi
sapientiam eius ꝛ vsqȝ in secu
lum non delebitur non recedet
memoria eius. Et nomen eius

requiretur a generatione in ge-
nerationem. ℣. In fide et leni-
tate ipsius sanctum fecit illum
dñs. Et nomen. ℟. Elegit eũ
dñs et exelsum fecit eum statuit
ei testamentum eternum circum
cinxit eũ zona iusticie. Et induit
eum corona glorie. ℣. Glorifi-
cauit illum et ostendit illi glori
am suam. Et induit. ℟. Cogno
uit eum dñs in benedictionib⁹
suis. conseruauit illi misericor-
diam suam et inuenit gratiã co
ram oculis eius. Et dedit illi
coronam glorie. ℣. Statuit il
li dñs testamentum sempiternũ
et beatificauit illum in gloria.
Et dedit. ℣. Amauit In lau
dib⁹ añ. Fidelis seruus et pru
dens quem constituit dñs sup
familiam suam. añ. Beatus il-
le seruus quem cuz venerit dñs
eius et pulsauerit ianuã et inue-
nerit eum vigilantem. añ. Eu
ge serue bone in modico fidelis
intra in gaudium dñi tui. Añ.
Sacerdotes dei benedicite dñz
serui dñi ymnum dicite deo no
stro. añ. Serue bone et fidelis
intra in gaudium dñi tui. cap.
Iustus cor suum. ℣. Os iu
sti meditabitur sapientiam. ℟.

Et lingua eius loquetur iudi-
cium. In festo ix. lc. ad bñd
añ. Euge serue bone et fidelis
quia super pauca fuisti fidelis
supra multa te constituaz dixit
dñs. In festo. iii. lc. añ. Si-
milabo eum viro sapienti qui e
dificauit domum suaz supra pe
tram. orõ Da quesum⁹ oĩps
deus. vel orõ De⁹ qui aie
famuli tui. vt sup. Ad. iii.
cap. Iustus cor suũ. ℟.
Iustus vt palma florebit sicut
cedrus libani. ℣. Plãtatus in
domo dñi in atriis domus dei
nostri. ℣. Amauit Ad vi. cp

Iustuz deduxit dñs per
vias rectas et ostendit
illi regnum dei et dedit illi
scientiã sanctoꝝ. ℟. Ama
uit eũ dñs et ornauit eũ. ℣sus
Stola glorie induit eũ. ℣. Iu
stum deduxit dñs. Ad. ix. cap

Beatus vir qui inuentus
est sine macula q̃ post
aurũ non abiit nec spera-
uit in pecunie thesauris:
quis est hic et laudabim⁹
eũ fecit em̃ mirabilia i vi
ta sua. ℟. Iustũ deduxit do-
minus per vias rectas ℣. Et
ostendit illi regnũ dei. ℣. Os

iusti. Ad scdas vesperas. cap. Iustus cor suum. R. Iustus ut palma. V. Quinq3 michi do mine talenta tradidisti lucratus sum insup alia quinq3 Oratio Da quesum9 omps deus vel oro Deus q aie famu li tui. In natali plurimo rum confessorum. Ad vesperas cap. Iusti in perpetuum. V. Exultent iusti An. Sancti qui sperant in dno mutabunt forti tudine assument pennas ut aqle volabunt et no deficient. oro

Deus qui nos sanctorum tuorum. N. confessioni bus gliosis circudas et p tegis: da nobis et eorum imi tatione proficere et inter cessione gaudere. Per do. Inuitat. Regem confessorum. a. Beati paupes. Lu aius mis. et pis. plurimorum marti rum. V. Exultent iusti. Secun

In illo te dum matheu pore. Dixit iesus disci pulis suis parabola hanc Homo quidam peregre p ficiscens vocauit seruos su os et tradidit illis bona sua Et uni dedit quinq3 talen ta. alii autem duo. alii ve ro vnum. Et rel. Lco. prls

Lectio sancti euangelii fratres carissimi solli cite considerare nos amo net. ne nos qui plus cete ris in hoc mundo accepis se aliquid cernimus ab au ctore mundi grauius inde iudicemur. Cum eni auge tur dona: rationes etia cre scunt donorum. Tanto er go esse humilior atq3 ad ser uiendum promptior quisq3 debet ex munere: quato se obligatorem conspicit in reddenda ratione. Ecce ho mo qui peregre proficiscit seruos suos vocat eisq3 ad negocium talenta partit. R. Absterget de9 Lco scda

Post multum vero te poris positurus cum eis ratione reuertitur. Be ne operantes pro appor tato lucro remunerat: ser uum vero a bono opere torpentem damnat. Quis itaq3 homo iste est qui pe regre proficiscitur nisi re demptor noster qui in ea dem carne quam assump serat abiit in celu. Carnis

enim locus proprius ter-
ra est que quasi ad peregri
nandum ducitur dum per
redemptorem nostrum in
celo collocatur. ℟. Salus
autem. Lectio tercia.

Sed homo iste peregre
proficiscens seruis su
is bona sua tradidit. quia
fidelib⁹ suis spiritalia do-
na concessit. Et vni qui-
dem dedit quinqꝫ talenta
aliū duo. aliī vero commi-
sit vnum. Quinqꝫ etenim
sunt sensus corporis. Vi-
delicet visus. auditus. gu
stus. odoratus. ⁊ tactus.
quinqꝫ igitur talentorum
dono: quinqꝫ sensuum. id
est exteriorum scientia ex-
primitur. duobus vero in
tellectus ⁊ operatio desig
natur: vnius autem talen
ti nomīe intellectus tan-
tummodo designatr̄. Sed
qui quinqꝫ talenta accepe
rat alia quinqꝫ lucrat⁹ est.
℟. Mirabilis. ℣. Exultabūt
sancti. In laudibus añ Tā
quam aurū in fornace probauit
electos dñs. ⁊ quasi holocau-
sti hostiam accepit illos. Cap

Iusti in perpetuū. ℣. Cla-
mauerūt iusti. ℟. Et dñs. Ad
bene॰d. añ Sancti per fidem.
orō Deꝰ qui nos sanctoꝝ
et cetera. Si die dominico
euenerit vel si sint nouem
lectiones fient de tribus
lectionibus predictis no-
uem et dicantur ista. ℟.
Iustorum anime: Cum aliis
ps Te deuz ℣. Exultabūt
sancti. In laudibus añ Iu
storum anime. Cuz aliis Ca
pitulū Iusti in perpetuuz.
℣. Clamauerunt iusti. Anti.
Sancti per fidem. Oratio.
Deus qui nos sanctorum
tuorum. Ad hor. sicut
plurimorum martiꝝ orō.
Deus qui nos sancti tui.
Ad secundas vesperas.
Capitulum. Iusti in per-
petuum. ℣. Exultent iusti.
Anti. Sancti qui sperant.
Oratio Deus qui nos sā-
ctoꝝ. In natali virginis

Qui gloria adv॰s. cap
tur in dño gliet nō
eī q̄ seipm cōmendat il-
le probatus est: sed quem
deus commendat. ℣. Dif-
fusa est gratia. Ad mag. Añ.

Simile est regnũ celorũ homi-ni negociatori querenti bonas margaritas inuēta vna pcio-sa margarita dedit omnia bona sua et cōparauit eā. Dixit dñs.

Oro.

Deus q inter cetera potētie tue miracula etiā in sexu fragili victoriā martirii cōtulisti cōcede ppicius: vt cuius natalicia colim᷒ per eius ad te exēpla gradiamur. Per dñm.

Alia oratio

Indulgentiā nobis domine btā. N. vgo ꝛ martir iplorēt: que tibi grata semp extitit ꝛ merito castitatis ꝛ tue pfessione virtutis: Per dñm. Inuit. Regē virginũ dñm venite adoremus. ps. Venite. In pmo noct. añ. Hec ē que nescivit thorum in delicto habebit fructũ in respectione animarũ sanctarũ. ps. Dñe dñs noster. añ. Dũ esset rex in acubitu suo nardus mea dedit odorē suauitatis. ps. Celi enarrant. Añ. Specie tua et pulcritudine tua intende pspere pcede ꝛ regna. ps. Eructauit. v᷒. Diffusa ē grā in labiis tuis. R᷑. Propterea bñdixit te deus ineternum

Secundũ matheũ.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis parabolam banc. Simile est regnũ celoꝝ thesauro abscondito i agro. quē q iuenit homo abscondit ꝛ pre gaudio illi᷒ vadit ꝛ vendit oia que habet. ꝛ emit agrũ illũ. Et rel. Omelia btī grego. pap. Lc. pria.

Celorũ regnũ fratres carissimi idcirco terrenis rebus simile dicitur vt ex his que anim᷒ novit surgat ad incognita. quatenus exēplo visibiliũ se ad iuisibilia rapiat. et per ea que vsu didicit. quasi confricatus incalescat. vt per hoc quod scit notũ diligere. discat et incognita amare. R᷑. Hec est virgo sapiens quā dñs vigilantē inuenit et acceptis lampadib᷒ sumpsit secũ oleũ. Et veniente dño introiuit cũ eo ad nuptias. v᷒. Simile est regnũ celorũ decem virginibus q accipiētes lampades suas exierunt obuiā sposo et sponse. Et veniēte. Lũ.

Ecce enim celorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur. quem qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit omnia que habet. et emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum est. quod inuentus thesaurus absconditur vt seruetur. Quia studium celestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. ℞. Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas. Exierunt obuiam sponso et sponse. ℣. Prudentes virgines accipientes oleum in vasis suis cum lampadibus. Exierunt. Lectio .iii.

In presenti etenim vita quasi in via sumus qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident: Depredari ergo desiderat: qui thesaurum publice portat in via. ℞. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua et pulcritudine tua. Intende prospere procede et regna. Et deducet. In secundo noct. an. Adiuuabit eam deus vultu suo. deus in medio eius non commouebitur. ps. Deus noster refugium: an. Quam pulcra es casta generatio cum caritate. ps. Magnus dominus. an. Nigra sum sed formosa filie hierusalem ideo dilexit me rex et introduxit me in cubiculum suum. ps. Benedixisti. ℣. Specie tua et pulcritudine tua. ℞. Intende prospere procede et regna. L. iiii.

Hoc autem dico non vt proximi opera nostra non videant. cum scriptum sit videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. sed vt per hoc quod agimus. laudes exterius non queramus. Sic autem sit opus in publico quatenus intentio maneat in occulto. ℞. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te deus in eternum. ℣. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. Propterea.

Lectio quinta.

Ut de bono opere proximis prebeamus exemplum et tamen per intentionem quam deo soli placere querimus semper optemus secretum. Thesaurus autem celeste est desiderium. Ager vero in quo thesaurus abscondit disciplina studii celestis. R. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus oleo leticie. V. Diffusa est gratia in labiis tuis Propterea. Lectio sexta.

Quem profecto agrum venditis omnibus comparat qui voluptatis carni renuncians cuncta sua terrena desideria per discipline celestis custodiam calcat: Ut nichil iam quod caro blanditur liberat: nichil quod carnalem vitam trucidat spiritus perhorrescat. R. Specie tua et pulcritudine tua. Intende prospere procede et regna. V. Diffusa est gratia in labiis tuis. Intende. In iii. noct. an. Pulcra est et decora filia hierusalem terribilis vt castrorum acies ordinata. ps. Fundamenta. an. Leua manus eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me in eternum ps. Domine deus salutis. An. Uidi speciosam sicut columbam et circundabant eam flores rosarum et lilia conuallium. ps. Cantate domino. V. Adiuuabit eam deus vultu suo. R. Deus in medio eius non commouebitur

Rursum celeste [lcvii.]

Regnum negociatori homini simile dicitur qui bonas margaritas querit sed vnam preciosam inuenit. Quam videlicet inuentam omnia vendens emit. quia qui celestis vite dulcedinem in quantum possibilitas admittit perfecte cognouerit ea que in terris amauerat libenter cuncta derelinquit R. Uidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimentis eius. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia conuallium. V. Uiderunt eam filie syon beatissimam predicauerunt et regine laudauerunt eam. In compa Et sicut. [lcviii.]

In ratione eius vilescut

omnia. deserit habita cō-
gregata dispergit. Inar-
descit in celestibus anim9
nichil in terrenis libet. de
forme conspicitur. quicqd
de terrene rei placebat spe
cie. quia sola preciose mar
garite claritas fulget i mē
te. ℟. Sicut cedrus exaltata
sum in libano ⁊ sicut cypressus
in monte syon. quasi mirra elec
ta. Dedi suauitatem odoris. ℣.
Sicut cynamomū ⁊ balsamum
aromatizans. Dedi. ij co. x.

De cuius dilectione re
cte per salomonez di
citur fortis est vt mors di
lectio. Quia videlicet sicut
mors corpus interimit. sic
ab amore rerum corpora-
lium. eterne vite caritas
occidit. Nam quem perfec
te absorbuerit: ad terrena
foris desideria velut insen
sibilem reddit. ℟. Offerent
regi virgines dño post eam p-
ximε eius auferentur tibi in le-
ticia ⁊ exultatione. ℣. Specie
tua ⁊ pulcritudine tua. Intēde
prospere procede ⁊ regna. In le
ps. Te deum. ℣. Adiuua-
bit. In laudib9. an. Hec est
virgo sapiens et vna de nume-
ro prudentiū. an. Media autē
nocte clamor fact9 est ecce spō
sus venit exite obuiam ei An-
tiphona. Tunc surrexerunt
omnes virgines ille et ornaue-
runt lampades suas. Antiph
Prudentes virgines aptate
lampades vestras ecce spon-
sus venit exite obuiam ei. An.
In odorem vnguentorum tuo
rum currimus adolescentule di
lexerunt te nimis. Capitulū.

Qui gloriatur in domino
⁊ cetera. ℣sus. Audiuit et le
tata est syon. ℟. Et exultaue
runt filie iude. Antiph. In-
uenta bona margarita dedit
omnia sua et comparauit eam.
Oratio vna de duab9 su-
pradictis. Ad terciam
capitulum. Qui gloriatur
in domino. ℟. Diffusa est
gratia in labiis tuis. ℣. Pro-
pterea benedixit te deus ine-
ternum. ℣sus. Specie tua.
Oratio vna de duabus.
Ad sextam capitulū.

Emulor eñ vos dei e-
mulatioē despōdi ei
vos vni viro v̄ginē castaz
exhibere xpo. ℟. Specie tua

et pulcritudine tua ℣ Intende prospere procede et regna ℣ Adiuuabit eam. Orō vna de duabus. Ad nonā cap.

Sicut cynamomū et balsamū aromatisans odorē dedi quasi mirra electa dedi suauitatē odoris ℟ Adiuuabit eā deus vultu suo ℣ Deus in medio eius nō cōmouebitur. ℣ Audiuit et letata. Orō vna de duabus Ad scdās vs cap Qui gloriatur. ℣ Diffusa est. Anti. Accinxit fortitudine lumbos suos et roborauit brachiū suū ideoqz lucerna eius non extinguetur in mediis tenebris. ps Magnificat. Oratio vna de duabus. vt supra.

Incipit officiũ btẽ marie virginis secundũ vsũ viennen. ecclesie. Et primo dicat. Sancti spũs adsit nobis gratia. Amen.

Domine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuã. Deus in adiutoriũz meũ intẽde. Dñe ad adiuuandũ me festina. Glia patri et filio et spũi sancto Sicut erat in principio ꝛ nũc et semꝑ et in secula seculoꝝ. Amen. Allã. vel. Laus tibi dñe rex eterne glie. scdm tẽpus. Inuitat. Aue maria grã plena dñs tecũ. ps

Venite exultemꝰ dño iubilemus deo salutari nostro: ꝑoccupemꝰ faciem eius in cõfessione: et in psalmis iubilemus ei. Dñs tecũ. Qm̃ deus magnus dñs et rex magnus suꝑ oẽs deos qm̃ non repellet dñs plebẽ suã quia i manu eius sunt omẽs fines terre: ꝛ altitudies mõtiũ ipse cõspicit. Aue maria gratia plena dñs tecũ. Qm̃ ipsius est mare ꝛ ipse fecit illud. et aridã fundauerũt manus eius: venite adoremus ꝛ ꝓcidamus ante deũ. ploremus corã domino q̇ fecit nos: q̇a ipse est dñs deus noster. nos aũt ppl'us eiꝰ: et oues pascue eius. Dñs tecum. Hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundũ diẽ tẽptationis in deserto vbi tẽptauerunt me patres vestri probauerũt ꝛ viderũt opera mea. Aue maria. vt sup. Quadraginta ãnis ꝓximꝰ fui gñationi huic. et dixi semper hi errant corde ipsi vero non cognouerũt vias meas q̇bus iuraui in ira mea si introibũt in requiẽ meã. Dñs tecũ. Glia patri. Sicut erat. Aue maria. vt supra.

Hymnus.

Quẽ terra põtus ethera colũt adorãt predicant trinã regentẽ machinã claustrũ marie baiulat. Cui luna sol ꝛ omia deseruiũt per tẽpora ꝑfusa celi gratia gestãt puel-

le viscera B tã mater mu
nere cuiꝰ supernus artifex
mundũ pugillo continẽs
vẽtris sub archa clausus
est B eata celi nũcio fe-
cũda sctõ spũ desideratus
gentibꝰ cuius per aluũ fu
sus est M aria mater gra
tie mater mĩe tu nos ab
hoste ꝑtege et hora mor-
tis suscipe G lia tibi dñe
An. Bñdicta tu in mulieribus et
bñdictꝰ fructus vẽtris tui. Ps.
Dñe dñs nr̃. A. Sicut mirra
electa odorẽ dedisti suauitatis
sctã dei genitrix. V. Celi enar
rant. An. Hec est que nesciuit
thorũ in delicto habebit fructũ
in respectione animarũ sctãrum
Ps. Dñi ẽ terra. V. Diffusa
est grã in labiis tuis. R. Pro
pterea bñdixit te deꝰ in eternũ.
Pater noster. Et ne nos.

P recibus Bñdictio.
⁊ meritis btissime et
gliose semꝑ virginis ma-
rie saluet ⁊ confortet nos
ops pius ⁊ misericors do
minꝰ Amẽ. I ube donne
bñdicere Alma virgo virginũ
intercedat pro nobis ad dñm
deũ nostrũ. Amen. Lc. pria

M aria virgo iclita ma
ter dei sctissima ab-
sterge nostra crimia. ⁊ da
pacẽ perpetuã christũ pre
cãdo dña tua prece dulcis
sima. Tu aũt dñe miserere
nostri. Deo grãs. R. Vidi
speciosã sicut columbã ascenden
tẽ desuper riuos aquarũ Cuiꝰ
inestimabilis odor erat nimis
in vestimẽtis eius Et sicut dies
verni circũdabãt eã flores rosa
rũ et lilia conuallium. V. Vide-
rũt eã filie syon beatissimã pre
dicauerũt et regine laudauerũt
eã. Et sicut. I ube. Btã dei
genitrix sit nobis in oibus ne-
cessitatibꝰ auxiliatrix. Amen.

R egina decꝰ vir Lc. ii.
ginũ ꝑsta nobis ꝓpro
piciũ mundi factorẽ dñm
quẽ gestasti in vtero ad re
dimendũ seculũ sine hũa
no precio. R. Sicut cedrus
exaltata sũ in libano et sicut cy
pressus in mõtẽ syon quasi mir
ra electa Dedi suauitatẽ odoris
V. Sicut cynamomũ ⁊ balsamũ
aromatisans Dedi I ube Ca
stitatẽ aĩe et corporis tribuat
nobis filius marie virginis

I nnupta dei ge Lc. iii.

nitrix dei mater et bonis subueni nobis miseris irā placādo iudicis ne dānemur cū reprobis sꝫ misceamur cū āgelis tuis p̄clarissimeritis. ℟. Diffusa ē grā in labiis tuis Propterea bn̄dixit te de⁹ ineternū ℣. Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatē Propterea.
In .ii. noct. a. Spē tua et pulcritudine tua intēde p̄spe p̄cede et regna. ps. Eructauit. a. Adiuuabit eā de⁹ vultu suo deus in medio ei⁹ nō cōmouebit. ps De⁹ nr̄ refugiū. a. Nigra sū sed formosa filia hierl̄m ido dilexit me rex et introduxit me in cubiculū suū ps. Fūdamēta ℣. Spē tua et pulcritudīe tua. ℟. Intēde p̄spe p̄cede et regna Pater nr̄. Et ne. Bn̄dictio

Castitatē et sanitatē aīe et corporis tribuat nobis sctissima dei genitrix: Amē. Iube. Deleat nostra crimina q̄ nat⁹ ē de virgine maria. lc. iii. Sctā maria vgo virginū mater et filia regis regū tuuꝫ pro nobis impēde solaciū vt celestis vite mereamur habere p̄miū. et cū electis dei regnare in ppetuū. ℟. Que est ista que processit sicut sol et formosa tanquā hierl̄m. Viderūt eā filie syon et beataꝫ dixerūt et regine laudauerunt eā ℣. Sicut dies verni circundabāt eā flores rosarū et lilia conuallū. Viderunt. Iube. Emūdet conscientias nrās ab omi malicia btā virgo maria. l. v. Sctā maria pia prū piissima itercede p nobis sctāꝝ sctissima vt p te vgo gliosa nr̄a suscipiat p̄camina q̄ p nobis ex te nat⁹ regnat sup ethera vt sua caritate nr̄a deleātur peccamina. ℟. Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatē. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie ℣. Diffusa ē grā in labiis tuis. Propterea. Iube. Faciat nos terrena despicere fili⁹ virginis. l. vi. Sctā dei geīmarie. trix que digne meruisti concipe quē tot⁹ orbis nequit cōp̄hēdere tuo pio interuētu culpas nrās ablue vt p̄hēnis sedē glie p te redēti valeam⁹ scādere vbi manes cū filio tuo sine tempore Responsoriū

Specie tua et pulcritudine tua Intēde, p̄pere, p̄cede et regna. ℣. Diffusa est grā in labiis tu-is p̄pterea bñdixit te deus in eternū Intende. In. iii. nocturno ā. Ista est speciosa inter filias hierusalē. ps Bñdixisti ā. Dū esset rex in acubitu suo nardus mea dedit odorem suauitatis. ps Cantate i⁹. ℣. Adiuuabit eā deus vultu suo. ℟. Deus in medio ei⁹ nō cōmouebitur Bñdictio

Sctā dei genitrix sit nobis auxiliatrix ⁊ cōfortatrix Amen. Iube. Jesus marie filius liberet nos a malis omnibus. Amen. Lc. vii.

O beata maria q̄s digne tibi valeat iura gratiarū et laudū p̄conia impendere: que singulari tuo assensu mūdo succurristi p̄dito: Quas tibi laudes fragilitatis hūani generis persoluet. que solo tuo cōmercio recuperādi a[illegible] inuenit: Accipe itaq̄ exiles. ⁊ quascūq̄ meritis tuis impares gratiaꝝ actiones Et cū susceperis vota culpas nostras orādo excusa: ℟. Beata es virgo maria dei genitrix que credidisti dñm p̄fecta sūt in te que dicta sunt tibi Intercede pro nobis ad dñm deū nostrū. ℣. Benedicta et venerabilis virgo maria cuius viscera meruerūt portare dñm Intercede. Iube. Pace perpetua repleat nos virgo maria. Lc. viii.

Admitte pussima dei genitrix nostras preces intra sacrariū pie exauditionis. ⁊ reporta nobis antidotū recōsiliationis. Sit per te excusabile qd̄ p̄ te ingerim⁹. fiat ipetrabile qd̄ fida mēte poscimus Accipe qd̄ offerim⁹: ⁊ dona qd̄ rogamus: ⁊ excusa qd̄ timemus. ℟. Beatā me dicent oēs generatiōes Quia fecit michi dñs magna quia potens est et sanctū nomen eius. ℣. Magnificat anima mea dominū et exultauit spūs me⁹ in deo salutari meo. Quia fecit. Iube. Sctā maria virgo virginū intercedat pro nobis ad dñm deū nostrū. Lcō. ix.

Sctā maria succurre miseris. iuua pusillan-

cem. Ecclesiã tuã. Omẽs
sancti. vt supra. Ad terciã
Deus i adiutoriũ. ⁊c.
Allã. y⁹. Ueni crea-
tor. Memẽto. vt.s.p̃. Ad
dñm cũ tribul'. p̃s. Leuaui
oc'los. p̃s. Letatus. Allã.
Et sic in syon fir- cap.
mata sum ⁊ i ciuita-
te sctificata similiter requi
eui: et in hierl'm potestas
mea. ℞. Post partũ virgo in
uiolata p̱mansisti. ℞. Dei geni
trix intercede pro nobis. Glia
patri. vt sup̃. ỽ⁹. Ora pro no
bis sctã dei genitrix. ℞. Ut di
gni. Orõ.
Deus qui salutis eterne beate
marie ꝟginitate fecunda
humano generi p̃mia p̄sti
tisti. tribue quesumus: vt
ipsam pro nobis itercede
re sentiamus: per quã me-
ruim⁹ auctorẽ vite suscipe
dñm nostrũ iesum christũ
filiũ tuũ. Alia oratio.
Adsit nobis quesum⁹
dñe ꝟtus sp̃ũs sancti
que ⁊ corda nostra clemẽ-
ter expurget ⁊ ab omibus
tueatur aduersis. Ecclesiã
tuã. Omẽs scti Ad vi.

Deus in adiutoriũ. y⁹
Ueni creator. vt sup̃
p̃s. Ad te leuaui. p̃s. Nisi
q̃a dñs. p̃s. Qui confidũt
Et radica- Allã. cap.
ui in pp'lo honorifica
to ⁊ in partes dei mei he-
reditas illi⁹ ⁊ i plenitudie
sctõꝝ detẽtio mea. D.g. ℞.
Ora pro nobis scã dei genitrix
ỽ. Ut digni efficiamur p̱missio
nib⁹ xp̃i. ỽ⁹. Sctã dei genitrix
virgo semp maria. ℞. Interce
de pro nobis ad dñm deũ no-
strũ. Orõ.
Deus q̇ vir-ginalẽ aulã btẽ ma-
rie in qua habitares elige
re dignat⁹ es. da quesum⁹
vt sua nos defensioẽ mu-
nitos iocũdos. faciat sue
iteresse cõmemorationi.
Mẽtes no- Alia orõ
stras quesum⁹ dñe
paraclitus qui a te proce-
dit illuminet ⁊ inducat in
oẽm sicut fili⁹ tu⁹ promis-
sit veritatẽ. Ecclesiã. Oẽs
Deus i adiut. y⁹ Ue-
ni creator. vt sup.
p̃s. In cõuertendo domi
nus. p̃s. Nisi domin⁹ edi-
ficauerit domum. psalm⁹.

Bti oēs q̄ timēt. Cap̄.

Quasi cedrus exaltata sū i libano ⁊ quasi cipressus i montē syon quasi palma exaltata sum i cades ⁊ quasi plātatio rose i iherico. ℞. Scā dei genitrix virgo semp maria. ℣. Inter cede pro nobis ad dñm deum nostrū. ℣. Exaltata ē sācta dei genitrix. ℞. Sup choros angelorū ad celestia regna. Orō.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus ppetua mētis ⁊ corporis sanitate gaudere et gliosa btē marie semp virgis i intercessione a p̄senti liberari tristicia ⁊ eterna pfrui leticia. Alia oratio

Illo nos igne quesumus dñe spūssctūs iflāmet quē dñs noster iesus xp̄s misit in terrā ⁊ voluit vehemēter accendi. Ecclesiam tuā. Dñs sc̄ti tui. Ad vs.

Deus i adiutoriū. ⁊c. Allā. ps Dixit dñs. ps. Laud pueri. ps. Letatus ps Nisi dñs edifi. ps. Lauda hierl̄m. Glia patri. an̄ Aue maria grā plena dñs tecū bn̄dicta tu in mulieribus allā.

Qui gliatur Capl̄m i dño glietur nō eñi q̄ seipm̄ cōmendat ille pbatus est sed quē deus cōmendat. Deo grās. ℣. Adiuuabit eā deus vultu suo. ℞. Deus in medio eius nō cōmouebit. ℣. Scā maria succurre miseris iuua pusillanimes refoue flebiles ora pro pplō interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu. p̄ Mag. orō.

Famulorum tuorum qusumus dñe delictis ignosce: vt q̄ tibi placere de actibus nostris nō valemus: geitricis filii tui dñi nr̄i itercessione saluemur. Alia orō.

Mentibus nr̄is quesumus dñe spm̄ sctm̄ benignus ifunde. cuius ⁊ sapientia cōditi sumus ⁊ puidentia gubernamur. Ecclesiā tuā. Dñs sc̄ti tui. Ad cōpletoriū.

Conuerte nos deus salutaris noster. Et auerte irā tuā a nobis. Deus i adiutoriū ⁊c. ps Sepe expugnauerunt ps De profundis. ps. Dñe nō ē exaltatū. p Ecce nūc

bñdicit dñm Allã. ym⁹
Aue maris stella. Cap.

Btã es v̄go maria que dñm portasti creatorē mũdi genuisti q̄ te fecit ⁊ ieternũ p̄manes virgo. Deo.g. v. Elegit eã de⁹ ⁊ pre elegit eam. Et in tabernaculis suis habitare facit eã. An Rubum quē viderat moyses incōbustũ cō seruatã agnouim⁹ tuã laudabilē virginitatē dei genitrix intercede pro nobis. ps. Nũc dimittis. Oratio

Gratiã tuã quesumus dñe mentib⁹ nostris īfunde. vt q̄ ãgelo nũciante xp̄i filii tui incarnationē cognouim⁹: per passionē ei⁹ ⁊ crucē ad resurrectionis gloriã p̄ducamur. Sanctispũs dñe orõ. corda nr̃a mũdet infusio: ⁊ sui roris intima aspsione fecũdet. Eccliam tuã. Om̄s scti Bñdicam⁹ dño. An. Salue regina. ⁊c. v⁹. Ora pro nobis R. Ut digni. Orõ de btã virgine ad deuotionē dicetur.

Hic incipit officiũ mortuoꝝ scd̄m vsum vienneñ:

ecclesie. Inuitat. Regē cui oĩa viuũt venite adorem⁹. ps Uenite. vt sup. An Dirige dñe deus meus in cōspectu tuo viã meã. ps Uerba mea. ã. Couertere dñe et eripe animam meã qm̃ nõ ē in morte q̄ memor sit tui. ps Dñe ne ĩ furore. i⁹ ã. Neq̄ñ rapiat vt leo animaz meã dũ nõ ē q̄ redimat neq̄ʒ qui saluũ faciat. ps Dñe de⁹ me⁹ i te spaui. v⁹ Requiē eternã dona eis dñe. R. Et lux perpetua luceat eis. Pater noster Et ne nos. Lcõ prima.

Parce michi dñe: nichil eñ sũt dies mei Quid ē homo q̄a magnificas eũ. aut q̄d apponis erga eũ cor tuũ: Uisitas eũ diluculo: ⁊ subito probas illũ. Usquequo non parcis michi. nec dimittis me vt glutiã saliuã meã. Peccaui. Quid faciaz tibi o custos hoĩm quare posuisti me contrariũ tibi: et factus sum michimet ipsi grauis: Cur nõ tollis peccatũ meũ: et quare nõ aufers iniquitatē meã: Ecce nũc in puluere dormiã: ⁊ si

mane me quesieris nō sub
sistam. ℟. Requiē eternā do
na eis dn̄e. Et lux ꝑpetua lu-
ceat eis. ℣. Anime eorū in bo-
nis demorētur et semē eorū he-
reditet terrā. Et lux. lc. ii.

Tedet animā meā vite
mee dimittā aduersū
me eloquiū meū. Loquar
i amaritudine aīe mee: di
cam deo. Noli me condē-
nare Indica michi cur me
ita iudices Nūquid bonū
tibi videt si calūnieris. et
opprimas me opus ma-
nuū tuarū: ꝛ consiliū ipio
rū adiuues: Nunq̄d oculi
carnei tibi sunt. aut sicut vi
det homo ꝛ tu videbis:
Nūquid sicut dies hominis
dies tui. ꝛ āni tui sicut hu
mana sunt tēpora. vt que
ras iniquitatē meā ꝛ pec-
catū meū scruteris: Et sci
as q̄ nichil impiū fecerim:
cū sit nemo qui de manu
tua possit eruere. ℟. Qui
lazarū resuscitasti a monumēto
fetidū tu eis dn̄e dona requiē.
Et locū indulgentie. ℣. Re-
quiē eternā dona eis dn̄e. Et
locum indulgentie. lc. iii.

Manus tue fecerunt me
ꝛ plasmauerū[illegible]
tū in circuitu. et sic [illegible]
precipitas me. Memento
queso q̄d sicut lutū feceris
me. et in puluerē reduces
me. Nōne sicut lac mulsi-
sti me. et sicut caseū me co
agulasti: Pelle ꝛ carnib⁹
vestisti me. ossibus ꝛ ner-
uis cōpegisti me. Vitā et
miam tribuisti michi: ꝛ vi
sitatio tua custodiuit spm
meū. ℟. Absolue dn̄e animas
eorū ab omni vinculo delictorū
Non eas tormentū mortis at-
tingat nec reorū cathena con-
stringat sꝫ miseratio tua in pa
cis ac lucis regione constituat.
℣. Si que illi sunt dn̄e digne
cruciatib⁹ culpe tu eis mitissime
gratie tue lenitate indulge [illegible]
eas. an̄. In loco pascue ibi [illegible]
collocauit. ps. Dn̄s regit [illegible]
An̄. Delicta iuuentutis mee e[t]
ignorātias meas ne memineris
dn̄e. ps. Ad te dn̄e leuaui.
An̄. Credo videre bona dn̄i in
terra viuentiū. ps. Dn̄s illu
minatio. ℣. A portis inferi.
℟. Erue domine animas eorū

Lectio quarta.

[...] michi quātas
[...]niq̄tates ⁊ pcc
[...]celerā mea atqꝫ deli
[...]ostēde michi Cur faciē
[...] abscōdis ⁊ arbitraris
[...] inimicū tuū. Cōtra fo
[...] qd vento rapit̄ ostēdis
[...]otentiā tuā. ⁊ stipulā sic-
[...]am persequeris: Scribis
[...]m contra me amaritudi-
nes: et consumere me vis
pctis adolescētie mee Po
suisti i neruo pedes meos
⁊ obseruasti oēs semittas
meas: ⁊ vestigia pedū me
orū dinumerasti. Qui qua
si putredo consumendus
sum ⁊ quasi vestimentum
qd comeditur a tinea. ℟.
Credo qd redēptor meꝰ viuit ⁊
in nouissimo die de terra surre-
[...]tus sum Et in carne mea vi
[...] deū saluatorē meū ℣. Re
[...]ta est hec spes mea in sinu
[...]eo qa rursus circūdabor pel-
[...]e mea. Et in carne. Lcō. v.

Homo natus de mulie
re breui viuēs tēpore
repletus multis miseri-
is. Qui quasi flos egredi
tur ⁊ cōteritur: ⁊ fugit ve-
lut vmbra. et nūquā in eo
dē statu pmanet. ⁊ dignū
ducis sup huiuscemodi a-
perire oculos tuos. ⁊ ad-
ducere eū i iudiciū: Quis
potest facere mundū de i-
mūdo cōceptū semine. nō
ne tu q̇ solus es: Breues
dies hominis sunt. numerꝰ
mensiū eiꝰ apud te ē. Con
stituisti terminos eiꝰ q̇ p̄-
teriri nō poterūt. Recede
ergo paululū ab eo. vt q̇e
scat donec optata veniat
⁊ sicut mercenarii dies e-
ius. ℟. Induta est caro mea
putredine et sordibus pulueris
cutis mea aruit et contracta est
memento mei dñe quia ventus
est vita mea. ℣sus. Dies mei
velocius transierunt quā a te-
xente tela succiditur et consum-
pti sunt absqꝫ vlla spe. Memē
to. Lc. vi.

Quis michi
hoc tribuat vt i iferno
ptegas me ⁊ abscōdas me
donec ptrāseat furor tuꝰ:
⁊ cōstituas michi tempꝰ i
quo recorderis mei: Pu-
tas ne mortuꝰ homo rur-
sum viuat: Cūctis diebus
q̇bus nūc milito expecto
donec veiat imutatio mā.

Vocabis me ꝛ ego respõdebo tibi. Operi manuũ tuarũ porriges dexteram. Tu quidez gressus meos dinumerasti: sed pce pctis meis. ℟. Ne perdas me dñe cũ iniq̃tatib⁹ meis neq3 in finẽ iratus reserues mala mea. ℣. Nõ intres in iudiciũ cũ seruis tuis dñe Neq3 in finẽ. In .iii. nocł. a. Aĩa mea exultabit in dño ꝛ delectabit super salutari suo. ps Judica dñe no. añ Cõplaceat tibi dñe vt eruas me dñe ad adiuuandũ me respice. ps. Expectans expectaui dñm. añ. Sitiuit aĩa mea ad deũ fon tẽ viuũ quãdo veniã et apparebo ãte faciem dñi. psal. Quẽ admodũ. ℣. In memoria eterna erũt iusti. ℟. Ab auditione mala nõ timebũt. Pater noster. Et ne. lc. vii.

Spũs meus attenuabitur. dies mei breuiabũtur: ꝛ solũ michi superest sepulchrũ. Nõ peccaui: ꝛ in amaritudinib⁹ moraẗ oculus me⁹. Libera me dñe ꝛ pone me iuxta te ꝛ cui⁹ vis manus pugnet cõtra me. Dies mei transierũt cogitatiões mee dissipate sũt torquẽtes cor meũ. Nocte verterũt in diẽ et rursum post tenebras spero lucez. Si sustinuero ifernus domus mea est. et i tenebris straui lectulũ meũ. Putredini dixi. Pater me⁹ es et mater mea ꝛ soror mea vermibus Ubi ẽ ergo nũc ꝑs stolatio mea. ꝛ patientia mea: tu es dñe deus me⁹. ℟. Heu michi dñe q̃a peccaui nimis in vita mea q̃d faciã miser vbi fugiã nisi ad te de⁹ me⁹ miserere mei dũ veneris in nouissimo die. ℣. Aĩa mea turbata ẽ valde sed tu dñe succurre ei In nouissimo die. lc. viii

Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meũ ꝛ derelicta sũt tantũ modo labia circa dentes mos. Miseremini me miseremini mei. saltẽ vos amici mei: q̃a man⁹ dñi tetigit me. Quare ꝑseq̃mini me sicut de⁹ ꝛ carnib⁹ meis saturamini? Quis michi tribuat vt scribanẗ sermones mei? Quis michi det vt exarenẗ i libro stilo

..treo. vel plūbi lamīa vel celte sculpantur in silice: Scio eñ qd redēptor meꝰ viuit ꝛ i nouissimo die de terra surrecturꝰ sum et rursus circūdabor pelle mea et i carne mea videbo deum. Quē visurus sum ego ipse et oculi mei cōspecturi sūt ꝛ nō alius. Reposita est hec spes mea i sinu mō ℞. Peccantē me quotidie ꝛ nō me penitentē timor mortis conturbat me Quia in inferno nulla est redēptio miserere mei deꝰ et salua me ℣ꝰ Deus in nomīe tuo saluū me fac dñe et in virtute tua libera me. Quia. lc. ix.

Vir fortissimus iudas collatione facta. duodecī milia dragmas argēti misit hierosolimā offerri .. ibi pro pctis mortuo.. Iuste ꝛ religiose de sur..ne cogitans. nisi eñ.. ..ciderāt resurrectu.. ..peraret supfluū videre ꝛ vanū orare pro mortuis. Sed qa cōsiderabat .. hi q cū pietate dormitionē accepant optimam haberēt repositā gratiam

Sctā ergo ꝛ salubris ē cogitatio pro defunctis exorare vt a pctis soluantur ℞. Redēptor meus viuit ꝛ in nouissimo die resurgā ꝛ renouabitur deuuo ossa mea. Et ī carne mea videbo dn̄z deū. ℣ Lauda aīa mea dñm laudabo dñm in vita mea. Et in car. Alid ℞ ꝛ alternati dicant. ℞. Libera me dñe de viis inferni. q portas ereas cōfregisti et visitasti infernū ꝛ dedisti eis lumē vt viderēt te q erāt in penis tenebrarū. ℣. Clamātes ꝛ dicentes aduenisti redēptor noster Qui In l. ā. Exultabūt dño ossa hūiliata. ps. Miserere. Añ. Exaudi dñe oratio ē meā ad te oīs caro veniet p. Te decet ā. Me suscepit dextera tua dñe ps. Deꝰ deus meꝰ ā. A portis inferi erue dñe aīas eorum ps. Ego dixi i dimidio. ā. Omnis spūs laudet dñm ps. Laudate do. ā. Libera dñe aīas eorū ab omī vinculo delictorū nō eas tormentū mortis attingat nec reorū cathena cōstringat sz mereant euadere iudiciū vlcionis et cū sctīs atqz electis tuis in celis gaudere.

p̄s. Benedꝫ. Pater noster
Et ne nos. Preces. Ne tra
das bestiis aīas cōfitentiū tibi
℟. Et aīas pauperū tuorū ne
obliuiscaris in finē. ℣. Non in-
tres ī iudiciū cū seruis tuis do
mīe. ℟. Qr nō iustificabit ī cō
spectu tuo oīs viuēs. ℣. A por
tis iferi. ℟. Erue dn̄e aīas eorū
℣. Requiē eternā. ℟. Et lux p-
petua. p̄s. De pfundis. ⁊ di-
cat totū. Requiē eternā. Et
lux. Dn̄s vobiscū. Et cum.
Orō.
Presta quesumꝰ
omps deꝰ: vt aīe famlo
rū tuoꝝ quoꝝ āniuersariū
depositiōis diē celebramꝰ
idulgētiā pariter ⁊ requiē
capiant sempiternā. orō.
Inclina dn̄e aurē tuā ad
pces nrās. qbus miaꝫ
tuā supplices depcamur:
vt aīas famuloꝝ tuorum
quas de hoc sclo migrare
iussisti: ī pacis ac lucis re-
giōe cōstituas ⁊ sctōꝝ tuo
rū iubeas esse consortes:
orō.
Deus q inter a-
postolicos sacerdo-
tes famlos tuos pōtifica
li vl sacerdotali fecisti dig
nitate vigere. p̄sta quesu-
mꝰ: vt eoꝝ quoqꝫ ppetuo
aggregētur cōsortio. orō
Deus venie largitor et
humane salutis auctor
quesumꝰ clemētiā tuā. v
nre cōgregationis fratr
sorores parētes amicos ⁊
bn̄factores nrōs q ex hoc
sclo transierūt. btā maria
semp vgine itercedēte cū
oībꝰ sctis tuis. ad ppetue
btitudinis cōsortiū pue-
nire concedas. Alia orō.
Deus cuiꝰ miseratiōe
aīe fideliū defūcto-
rū reqescūt. famlis ⁊ famu
labꝰ tuis oībꝰ hic ⁊ vbiqꝫ
ī xpo qescentibꝰ. da ppiciꝰ
veniā pctōꝝ. vt a cūctis
atibꝰ absoluti tecū sine
ne letentr. Per eūdē. Ad
sup p̄s. ā. Placebo dn̄o ī
one viuoꝝ. p̄s. Dilexi. p̄s.
dn̄m cū tribul. p̄s. Le
p̄s. De pfundis. p̄s. C
tebor tibi dn̄e ī toto co
meo: qm̄. Requiem.
Mag. ā. Audiui vocē de ce-
lo dicentē michi beati mortu
in dn̄o moriūtur. Añ. Omne
dat michi pater ad me veniet
eū q venit ad me nō eiciā foras.

Añ. Ego sum resurrectio ꝛ vi-
ta q̃ credit in me etiã si mortu⁹
fuerit viuet et oĩs q̃ viuit ꝛ cre-
dit in me non morietᷣ ineternũ.
Añe supradicte dicantᷣ ad
mag. alternatim vna post
aliã. Pater nr̃. Et ne. Pre
ces. Ne tradas bestiis. ℟. Et
aĩas. ℣⁹. Nõ intres. ℟. Qr nõ
℣. A portis ĩferi. ℟. Erue dñe
Requiẽ. ℣. Et lux. ꝑ. Lauda
aĩa mea. Orõ. Presta dñe
quesum⁹ oĩps deus: vt aĩe
fa. vt supra. Oratio.

Quesumus dñe vt fa-
mulis tuis quoꝝ o-
bitus diẽ cõmemoramus
sanctoꝝ atq̃ electoꝝ tuo-
rũ largiri digneris consor
tiũ. et rorẽ mĩe tue ꝑhen-
nẽ infunde. Alia o.õ.

Concede quesum⁹ oĩps
de⁹: aĩabus famulo-
ũ tuoꝝ sacerdotũ felicita
tis et[...]me consortiũ: q̃b⁹
onasti sacri altaris tui [...]
equi[...]misteriũ. Alia orõ
Deus venie largitor. vt. s.

Animabus quesumus
dñe famuloꝝ famula
rũq̃ tuarũ orõ proficiat
upplicantiũ: vt eas et a
peccatis oĩbus exuas: et
tue redẽptionis facias es-
se participes. Qui viuis ꝛ
regnas cũ deo patre. in v-
nitate spũssancti de⁹. per
omia secula scl'oꝝ. Amen.

Finis breuiarii secundũ
vsum ꝛ consuetudinẽ sctẽ
ecclesie viennen̄. Quẽ an-
gelus Cato beneuẽtanus
archiepũs ꝛ comes viẽne
primusq̃ galliarũ primas
pro reipublice viennensiũ
et aĩaꝝ cõmoditate et sue
sctẽ ecclesie honore: sua ĩ-
pensa: et suis sũmis labo-
rib⁹: imprimendũ curauit
Impressum Lugduni per
magr̃m Johẽz meunister
de magũcia dictum Albi
Anno christi iesu. M.cccc.
lxxxix. Die. xxiiii. ianuarii.
Et ãno. iiii. põtificat⁹ In-
nocẽtii octaui pontificis
maximi. Et ãno. v. Caroli
viii. christianissimi regis
Lodouici xi. hoĩm regum
q̃ sapiẽtissimi regis filii.
Et ãno. vii. ꝑsulatus An-
geli Catonis.

Hoc opus ad me

Fabri pertinet





